Inueni etiā alia dicta cuiusdā sibylle cuiꝰ nomē n̄ inueni de xpo testificātis videlicz. Exurget mulier de stirpe hebreoꝝ nomie Maria. hñs sponsuz nomie Joseph et pcreabit̄ ex ea sine cōmixtiōe viri de spūsctō filius dei nomie Jesus. Et ipa erit virgo ante partū ⁊ virgo post partuz. Qui vero ex ea nascet̄ erit verꝰ deꝰ ⁊ verꝰ homo et adimplebit legē Judeoꝝ: ⁊ suā adiūget ppuā. ⁊ pmanebit regnū eiꝰ i secla seculoꝝ. Venietq; sup eū vox dicēs Hic est filiꝰ meꝰ dilectꝰ ipm audite. Mortuoꝝ resurrectō erit: et claudoꝝ cursus velocissimꝰ. Et surdi audiēt. ⁊ cecī videbūt. loquent̄ nō loquētes. Et de quiq; panibus et duobus piscibus multa hominuz milia saturabunt̄.

Sibilla cumana religiosa

Ventos compescet verbo. mareq; furiēs sedabit. pedibus mare calcans. Ambulans super vndas. Infirmitatem hominibus soluens. repellens multos dolores.

Item alia Sibylla que dicitur fuisse berithrea ait. In vltima etate humiliabit̄ deꝰ humanabit̄ ples diuina. Jungebatur humanitati deitas. Jacebit in feno agnus. et puellari officio educabitur deus et homo: Eligetq; sibi ex piscatoribus et electis numerum duodenarium.

Ille Troys in bardania re/
gnauit et troyã condidit.

Anchises

Anchises ex dea venẽ ꝑm erro res gẽtiliũ ge nuit Eneaz. q̃ in ytalia reg̃ nauit vt patuit.

Laomedon

Laomedõ rex troye occidit̃ ⁊ Jxio na filia eius ca/ pit̃ ⁊ ducit̃ i gre ciã ꝓpt̃ q̃ bella g̃uissima secu ta sunt et mala horrendissima

TRoya regio minoris asie in q̃ Jlion fuit ciuitas cantatissima. Nõnunq̃ vero ꝓ ipa vrbe troya po/ nitur. Et ꝑm homerũ oĩm que sub sole ac stellifero celo sunt vrbiũ quidẽ insignissima est troya. Hũc aũt ingens Troya totꝰ asie columẽ ita extincta est. vt vix vestigiũ aliqd̃ appareat. qd̃ Ouidꝰ inq̃t. Jam seges est vbi troya fuit. Silter virgilius. Campꝰ vbi troya fuit. Cũ ea exusta lapides ⁊ quecunq̃ alia inde ablata sunt. Talis finis humanaꝝ rez. Tros aũt Erichtonij regis filius Anno quadragesimo iudicis aioth iam veteranꝰ dardaniã venẽs Troyã cõdidit. vir armoꝝ pitissimꝰ. ampliato regno ex suo noĩe regio nem q̃ prius dardania dicebat Troyã appellauit. Bardanꝰ em̃ fuit ex Joue ⁊ electra filia Athlãtis genita. Js ad phrigiã deuenit quã dardaniã nomiauit. Ex quo natꝰ Erichtoniꝰ ex eo tros qui iusticia ⁊ pietate lau dabilis fuit: Jsq̃ vt memoriã sui nois faceret Troyã appellari iussit. q̃ duos habuit filios. Jlion Asara. cuiq̃ primꝰ maioꝝ natu regnãs troyã de suo noĩe Jliũ noiauit. Jlio laomedõ fuit filius ex quo priamus natus est. Js troyã pꝰ suã primã diruptionẽ reformauit ⁊ exornauit. ac vrbẽ magnãt ãplioꝝ menia ac ꝓpugnacu la ex lapidibꝰ marmoreis cũ muris altissimo extruxit ⁊ munitissimã reddidit. multitudinẽq̃ militũ eẽ fec̃. ne p ignorãtiã oppmerẽt. vt priꝰ tpe laomedõtis oppssa fuit. Regiã q̃z edificauit ⁊ iouis statuã: ⁊ arã ꝓsecra/ uit. Jlio sex portas fecit. q̃rũ h̃ sũt noĩa. Anthenoidas. Jlia. Scea. Thymbria. Bardanides. Troyana Per medium ciuitatis fluuiꝰ Xantꝰ decurrebat. Simois q̃z fluuiꝰ ex Jda troyano mõte scaturiẽs iuxta troyã decur rens. q̃ cũ mari appropinq̃t xanto cõmiscet̃. Et in paludẽ coactꝰ iuxta sigeum ꝓmontoriũ in mare descendit Priamꝰ ãt ex hecuba vxore hos hũit libos. Hectorẽ prio natũ. Alexãdrũ: Deiphebũ. Helenũ. Troylũ: An dromachã. Cassandrã: Polixenã. Pugnatũ ẽ deiñ cũ troyanis p grecos ãntꝰ. x. ⁊ mẽsibꝰ sex. Prio Esebon iudiq̃ ãno. cꝰ causaz dicũt. Cũ alexãder q̃ Paris dictꝰ ẽ in Jda silua cũ venatu abijsz i somnis Mercuriũ ad/

Troya

duxisse. Junonē venerē ⁊ mineruaz vt inter eas despeciē iudicaret. Et tūc sibi venereꝫ pollicitaz esse: si suā spēm meliorē harum speciē iudicasset. daturā se ei vxorē que in grecia speciosior forma videret. Illi cū ita audisset optima facie venerē dicit iudicasse. Postea helenaz regis Menelai vxorē rapuit: id extremū excidiū troianis fuit. hoc bellū decēnale diserrissime pscribūt Dares frigi⁹ ⁊ dictes cretēsis. qui in clade Troyanoꝝ presentes. locoꝝ noia et gestoꝝ lucidissime oīa norūt. Et ad rerū Troyanorū cognitionē nihil brem⁹. nil clari⁹ ⁊ tersius repiri poterit. Fuit cīa capta Tercio anno labdon iudicis israel antevr bem conditam. Anno. 430.

De bello grecoꝝ contra Troianos. et destructione troye.

QRosius dicat Anno ante vrbē conditaz cccc.xxx. p raptu helene fuisse factā cōiurationē grecoꝝ: ⁊ cōcursuz mille nauium extitisse: ⁊ deinde obsidionē decēnem. Poro frigi⁹ dares. q̄ scripsit hanc hystoriā dicat. q̄ duces grecoꝝ ptra troyā fuerūt. xlvij. q̄ adduxerint naues mille ducētas duas. ¶ Priamo vo regi troye venerūt in auxiliū duces. xxxij. Sūma aūt belli troyani ex hystoria dareꝫ. quā transtulit cornel⁹ ista est ¶ Castor et pollux audientes helenaz pulcherrimā vxorē menelai fratris agamenonis raptā fuisse ab alexandro seu paride: nauē ascendētes. secuti sunt eā. ⁊ cum in lesbio littore nauē solueret. maxima tempestate orta. nūq̄ cōparuerūt. Quos lesbij vsq̄ ad troyani quesierūt ⁊ nō inuenientes crediderunt. immortales deos factos. ¶ Cōuenēt igit apd athenas grecoꝝ duces. xlvij. quiz nauib⁹ mille ducētis duab⁹. Missiq̄ sunt p̄mo legati Dyomedes et vlixes ad Priamū. vt sanciret iniuriā: infecto⁹ q̄ negotio pugnatuz est inter eos. ¶ Et in p̄mo bello Hector priami fili⁹ protesilaum interfecit ¶ In scdo bello patroclus ⁊ minonē ⁊ alacē thelamonium occidisset: nisi eū de sanguīe suo recognouisset erat enī natus de Esiona sorore p̄ami ¶ Prime inducie date sunt grays petentibus p biennium. ¶ In tercio p̄lio Hector boechē Archilocū ⁊ prothenorē duces occidit. ¶ In quarto p̄lio Alexander menelay femur sagitta transfixit. ¶ In quinto bello hector. vij. fortissimos duces occidit. Eneas duos. Achilles quattuor Dyomedes duos. ¶ In sexto bello continuis diebus. lxxx. pugnatum est. Gray secundas petunt inducias in triennium. quo completo iterum pugnatur. Hector in prima acie interfecit. viij. duces fortissimos. Achilles qui erat ex parte grecorum occidit duos. de parte troyanorum Pugnatur diebus. xxx. Priamus tercias petit inducias. vi. mēsibus. ¶ Iterum agamenon q̄ ex parte erat grecorum petit quartas inducias dierum. xxx. ¶ In nono bello voluit andronica vxor hectoris ipm hectorē retinere. qz i somnis viderat ei non expedire vt prodiret in belluz qō cum facere non posset: antianacē filium suuz ad pedes eius posuit: sed nec sic eum retinuit. Hector igitur in bellum prodiēs tres duces fortissimos occidit. duos vulnerauit: ⁊ tercū achillem a quo tandem occiditur. Gray quintas petunt inducias duorum mēsium. ¶ Post bellum decimum gray sextas petunt inducias p annum ¶ In bello. xi. Palamides qui rex p comotionez factus fuerat occidit. ¶ In bello. xij. troyl⁹ milites occidit. ¶ In. xiij. plio pugnatur cōtinuis diebus. vij. Agamenon septimas petit inducias. xxx. dierum. ¶ In bello. xviij. Troyl⁹ achillem fauciat ⁊ pugnat cōtinuis dibus vij. ¶ In bello. xix. troylus ex equo cadēs ab achille occiditur. ¶ In. xx. bello cadit Memnon dux persaz ¶ Priamus decimas petit inducias diez. xxx. ¶ In bello. xxi. Alexander occidit achillē i phano appollinis: vbi cum ad colloquiū vocauerat concordiā simulans. Greci igit petūt vndecias inducias. ¶ In. xxij. bello alexander aiaceꝫ sauciat: ⁊ Ayas lauiatus alexandrū interfecit ⁊ de vulnere stati morit. ¶ In bello. xxiij. et. xxiiij. panthasilea regine amazonū viriliter neoptholemum Achillis filiū fauciat: a quo tandem ipa occidit. Anthenor. polidamas et Eneas dicūt priamo vt faciat pacē: q̄ nolēte patriā ꝓdunt.

QCapta igitur troya: Agamenon predā omnem equaliter diuisit. Ita q̄ pugnatuz est ad troyam annis. x. mensib⁹ viij. dieb⁹. xij. Et vt refert dares frigius: corruerūt ex argiuis octingenta ⁊ septuaginta milia. Ex troyanis aūt sexcenta septuaginta sex milia hominū vsq̄ ad opidū proditū. Eo aūt ꝓdito occisa sunt ex troyanis ducēta septuaginta sex milia. Eneas nauibus profectus est cū quib⁹ alexander greciā intrat numero. xxij. quē secutus est numer⁹ trium milium quadringentoꝝ hominum ex troyanis: Athenorē secuti sunt duo milia quingēti. Ethelcaus cū cassandra ⁊ andronica ⁊ hecuba vxorē priami cum mille septingētis: crinusium petijt: Menelaū: et helenā vxorē eius (dicit homerus) ad thecurem regem egipti quē polipiam vocat post captā troyam diuertisse.

QCum videā innumeros scriptoꝝ de Troyanoꝝ clade memisse. ⁊ eo locoꝝ nominū et gestoꝝ cuz lectoꝝ deuenerint ꝓpter. hystorie ignoratōez cespitare. sepe etiā cadere. Quāobrē ad hystorias Troyane cladis quas dares phrigius. ⁊ dictes cretensis viri diserti pscripserunt cunctos remitto. Cum primus p id tps vixit et militauit. Alter idomeneum cretensium ducem secutus interfuit ⁊ quantū ad troyanarum rerū cognitionē attinet nihil breuius. nihil vtilius. nihil etiā clarius ⁊ tersius licet repire. Qui res gestas tanta diligentia. tantaq̄ cura. atq̄ ita diuisas temporibus. nomibus. locis ⁊ sic demus accurate omnia disserit. vt res nō narrari. ꝑ geri. non describi. sed rursus tractari ⁊ ipi bello interesse legentibus videatur.

Troyanum bellū decēnale primo Esebon siue Abessan iudicis anno (teste eusebio) surrexit. quo tpe sequētes dauerūt. Troya ēm quā Ilion tros regis troyanoz filius amplissimā instauauit mille t quingentis passibus a mari remota erat: vbi oīm rerum vbertas erat: Ipsa quippe que decēnalem grecorum obsidionem passa fuit: et ab eis tandē deleta.

Hercules

HErcules ille cū Jasone troyā vastauit que statim a pamo fuit redificata. Idez hercules agonē olimpiacuz cōstituit et bella multa cōfecit quēdicūt duodecim insignes et inhumanos pfecisse labores.

Hector

HEcto2 fuit primo genitus pami ex hecuba vxore incōparabilis fortitudinis et strēnuitatis. Jō ob maximū ei9 militie fulgorem apud troyanos maxio i precio habitus est. Nā ob incredibilē ei9 prudētiā atz fortitudinē nō solū parētes: sed et patriā nobilitate atq3 gla splēdidā fecit. hic ex Andromacha pluge ptres genuit filios. E qb9 frāc9 vn9 fuit A q (vt aitvincēti9 hystorial' burgūd9) frāci originē habuere.

Agamenon

AGamenon fuit frater regis Menelai dux toti9 exercitus grecoz. cōtra troyā bellauit. q tandem traditorie et turpissime capit. fuitq3 Atrei regis fili9. ab omni exercitu imperator designatus. ad bellū pergens Clitemestram coniugez ex qua multos susceperat filios reliquit. Et apud troyam multos passus labores. t simultates principum pro quibus ab imperio depositus t illi palamedes suffect9 est. Quē cum vixes occidisset ipse maiori gloria imperium reassumpsit. Tandez Troya capta et diruta cum ingenti preda et cassandra priami filia in patriam redi turus naues conscendit Verum t ipse tempestate actus. p annū ferme errauit.

Menela9

Helena

HElena fuit vxor menelai regis t a pari de filio priami rapitur. t ad troyā pducitur. ppter qō troyanū bellū exortuz Ipsam tn post troye excidium Greci menelao reddiderūt. q gaudēs nauim cū illa cōscendit patriam petitur9: sed tēpestatib9 actus in egiptū ad polibuz regez deuenere. Indeq3 discedentes octo ānis errātes (vt testis est eusebi9) tandez in patriam redierunt.

Paris

PAris qui et Alexāder dict9 est eiusdē hectoris frater: ex pamo t hecuba nat9; sb specie legatiōis cū .xx. naub9 in greciā mittitur Et a menelao hospicō susceptꝰ. Eui9 cū aspexisset vxorez illaz. absente marito tandē cū oībus regijs thezauris abstulit et Troyam pduxit. Ex qua rapina bellum decēnale grecoz aduersus troyanos susceptū est. Hic cū troyanis vrbem obsidentib9 multa strēnue gessisset: A pirrho achillis filio occisus fuit.

Franco

FRanco quidē ex hectore fili9 pami nepos a quo francoz nomē tractū est. a troya fugat9 postea tota Asia pusgata in danubij ripis tandē quenit. Jbi cū aliqz diu cōsedisset. deinde locum querēs a cōmuni hominū societate seiunctū: ad thanai fluentia t paludes meotidas secessit. vbi Sicambriā condidit vrbem.

Turcus

TUrcus fili9 Troili filij regis Priami. A q ppl'm ab eo descendentē. quidem turcos tenoiam dicūt. Alij eoz originē ex Scythia referunt.

Linea pontificū

Phynees

Abysue

Boos vel buuz

Ozy

Phynees filiꝰ Eleazari. cum fornicati fuissent filij
israel cū madianitis. adorantes ydola eaꝝ ꝓpter
quod dñs mādauit suspēdi. xij. principes tribuū. ipse
sacerdos dei pcutiēs vnū ex filijs israel fornicantē cum
madianita ad mortez placauit iram dñi. Ceciderunteq;
ꝓpter hoc malū. xxiij. milia ex israel.

Helbora fuit ꝓphetissa ⁊ iudicauit israel. sub qua p
cussus est Jabin rex chanaan ⁊ princeps exercitus
Sysare. Sysara cū de curru exiliēs fugiēs i domū cu
iusdā mulieris se abscondit. Qui sitī fatigatꝰ. lac
tum ab ipa recepit. ⁊ cū nimiū bibisset obdormiuit. Ja
la vero dormiēti clauū ferreū p tps infixit. ⁊ malleo eū
terra cōfixit postea barach Jabin regē interfecit. Fecit
etiā cantici in graciarūactiōe ꝑ victoria ppli sui.

Gedeon quartus hebreoꝝ Judex iudicauit israel
annis. xl. pcussit quattuor reges madianitaꝝ scz.
Oreb. zeb. Zebee. ⁊ salmanā. ⁊ humiliatꝰē madian in
quoꝝ manꝰ tradita fuerūt filij israel. vij. annis ꝓpter in
iquitates pristinas ꝙs fecerūt. Angelꝰ eīm apparēs gedeo
ni purgātī tritici pnūciauit liberatiōnē fiendā p eū. qui
angelꝰ virga pcutiēs: carnes iuis desup fusum ⁊ azima
posita a gedeone sup petrā: ignē accēdit cōsumens illa
post hec petijt in signū future victorie gedeon vellꝰ in
area positū roze complere: area sicca remanēte. postea
iterū ecōuerso. qđ totū factū est vtz Judi. vi. mortuꝰ est
tandem gedeon senex ⁊ sepultus est in Effraim regiōe
in sepulchro patris sui.

Abimelech quitus Judeoꝝ iudex filius nālis ille
gitimꝰ tī gedeonis. suasit viris sichen vt occide
rent. lxx. fres suos legitimos filios gedeōis vt ipe solus
dñaret. Qđ ⁊ fecerūt sup lapidē vnū decapitātes illos
excepto mīmo dicto Joathan q̄ abscōditꝰ fuit. Itco cū
dñs mala morte pire fecit. Qui sychimitī dixit ꝑabolā
de lignis. q̄ ierāt ad vitē ⁊ ficū ⁊ oliuā ⁊ demuz ad ra
mnuz; id est sentē vt facerēt sibi illos regē. Abimelech
aūt dissensionē summēs postea cū sychimitī ignē sup
posuit turri sychē ex q̄ mille mortui sūt. Et demū ipe ob
sidens thebes cū de muro pcussus fuisz dū ꝓme ve
nisset ad murū. Mulier quedā fragmentū mole sumēs
caput ipiꝰ repēte pcussit. Et cadēs in terrā sauciꝰ armi
gerū eiꝰ rogauit vt cū occideret ne a muliere interfectus
esse videret. Et ille quidē preceptū adimpleuit.

Thola de tribu ysachar q̄ iudicauit Jsrael. xxiij. ā
nis: dñs. xxx. filios isidētes asinis ꝓncipes. xxx.
ciuitatū q̄bꝰ dedit vrozes. post q̄s israhelite ꝑccantes
dño afflicti sunt mꝫpliciter ab āmonitis ⁊ madianitis
Moriens tandē in Samir sepelit.

Hy sacerdos fuit ō semie Aaron p lineā Eleazari
q̄ mortuo nutu dei transijt pontificatꝰ ad lineā de
ythamar ānis. 120. in qua beli primꝰ summꝰ sacerdos
fuit ab ythamar vltimus.

Iste yair ex tribu manasse septimꝰ Judex israel ha
buit. xxx. filios bonos q̄s ꝓncipes. xxx. ciuitatū cō
stituit. ⁊ quia tpa bona in silētio ⁊ pace transierūt. Pa
tet q̄ in diebꝰ istoꝝ duoꝝ iudicū Ozy ⁊ Yair scz: israel
dño adhesit. ⁊ ideo cūcta ꝓspere aduenerūt. Et cū duo
bus ⁊ viginti ānis id dignitatī munꝰ tenuisset senex de
functus est. Post cuiꝰ morte hebreoꝝ res ad inhonestā
vitam ⁊ iniuriā dei atq; legum delata est. Quāobrem
palestini eoꝝ ꝓuinciā cū magno exercitu deuastauerūt.

Linea iudicum

Delbora

Gedeon

Abymelech

Thola

Jayr

De famosis insulis mediterranei maris.

Sardinia insula a Sardo herculi filio appellata: qui cuz innumerabili multitudie e libya discessit. Et in tyrreno mari insulā Sardinie occupās que ieus a grecis vocabat de suo nomie sardiniā nūcupauit. Habet aūt latitudinis nonagintaocto miliaria. Lōgitudinis vero. ccxx. Alij ei⁹ ambitū quattuor milia stadia esse referūt. Habet em̄ hec insula multā partem asperā minecz tranquillā. Reliquā vero rebus oibus felicē preciptie tritico et pecorib⁹ atcz pascuis. Ibi null⁹ lup⁹ gignit: null⁹ serpēs repit. Estatē hec insula estuo tpe morbosa in locis maxime fecūdis. Cōtinetcz multas ciuitates inter quas pcipua Calaris est: vbi Corallorz magna reperit piscatio. Que t longo tpe beatissimi patris Augustini reliquijs illustrata fuit. Ea insula antiquitus nascebant arietes q̄ pro lana pilus caprinus procreabant. quos Musimones vocabāt: quoz pellib⁹ Sardi thoracis modo se se muniebāt. Antea em̄ Sardi iolenses dicebāt Indeez iolen herculis Amasiam ferunt sardum ipm. et pleroscz herculis filios eo adduxisse: et cū accolis habitasse. A quib⁹ postea sardiniē ses dicti sunt. Illi⁹ postmodū imperij dignitatē peni ex affrica delati sortiti sunt: Qui cū aduersus germanos bellū gererēt ab eisdē penitus deleti sunt. Cui⁹ insule dominiū romani p multa tempora potiti sunt. mltas quoqz postmodū clades et direptiōes a barbaris pisanis ac genuēsibus ppessa. tandē in Arrogonensiū man⁹ē deducta.

Corsica a Cyrno eiusdē sardi fratre t herculis filio. Qui vt Rabano placet ex libya veniēs insulaz quā hodie Corsicā dicim⁹ ab eo primū inhabitatā cyrnū a suo noie nūcupauit. Deinde cū quedā mulier noie Corsica in liguria taurū depasceret ipm̄ anial transnatādo mare in insulā peruenit. Mulier aūt p tanto sollicita nutrigio statim inscijs parētib⁹ illo delata est. Compertoqz in pascuis vberrimis thauro. delectata insule pulchritudine ibidē habitare pstituit. Et a se eam Corsicā noiauit. Cui⁹ insule longitudo clx. miliaria est. Latitudo vero. lxx. Ambit⁹ āt ipius tria milia t ducēta stadia. Hec quippe insula in lygustico mari est. sed a septētrione thusco propior. Inter hanc t Sardiniā insulaz interiacent. xx. miliaria. Scōm aūt plinū in tercio libro tantūmodo nouē. Ea quippe insula tempore Strabōis vt ipe scribit maligne colebat. Et multis in locis inaccessibilis adeo erat: vt q̄ ci⁹ montes inhabitabāt vitā latrocinijs degentes beluas immanitate superabunt. In manib⁹ p⁹ modum romanoz deducta cū feracissimaz multi in locis repissent: multas in ea erexere ciuitates In ea nunc sex non ignobiles extant ciuitates diu post varios casus Corsi acti. et a mauris cōz maxime oppressi. Ademar⁹ quidam genuensis dux eam liberauit. Et tpe Caroli magni in manus genuensiū deuenit. Sed postmodū florente pisanoz repub. p aliquod tps eisdem paruit Interdūcz ecclesie romane: tandē superatis pisanis in manus genuensiū iterū peruenit et nūc vscz durat. Hec ipa (vt aūt) insula: preter optimum vinū alios fruct⁹ suauissimos gignit. Habundatcz bobus: caprīs et ouib⁹ ac alijs anialibus. Et inter cetera canes ferocissimos pducit.

Creta insula in qua Cres siue Dyo dēmogorgonis (vt quibusdā placet) filius. Primus Crete insule rex regnauit vt Eusebius scribit. t a se cretā nomiauit. Primo a celi temperie Aerea dicebat: postmodū Macoronesos id est beata insula. Alij aūt a creta hesperidis filia denominationē accepisse eam dicūt. Sūt q̄ a tena ci terra q̄ creta appellat. quia ibi melioz reperit dictā. Ea insula nunc venetis subdita est. Et ad principatū grecie preclara sita. cūcto namcz imminet mari. Hec vt ysidorus ponit quondā centum isignibus vrbib⁹ insignata fuit. Et curetes Gnosum ciuitatē et Cybelis deoz matris templum in ea condiderunt. Ipsacz prima renus t sagittis valuit. Studiū quoqz musicum in ea ceptum fuit. Capris copiosa est ceruoscz agitat lupos et vulpes. Aliacz ferarz noxia nuscz gignit Serpens ibi nullus: nulla noctua ibi inuenitur Etsi inueniat statim emoritur. Abest aūt modicum a peloponeso que est archadia. in medio ei mundi esse dicitur. Nam illi a septentrione egeum mare est. ab occiduo Ionū seu Mirtheuz q̄ europe sunt maria. Ab oriente aūt est illi icareū mare atcz egiptum que Asiatica maria sunt. Et a meridie demcz t occiduo affro abluit ponto.

Sicilia a siculo Neptuni filio: qui in eā insulam veniēs post sicanū fratrem ibidē regnare cepit. Et a se insulam siciliam denominari voluit. Primo ipa Trinacria dicebat. deinde a sicanio Sicania hec italie olim pars fuit: sed terremotu supueniente (vt plinius ait) ab italia diuisa est quibusdā vndis interuenientibus et sine requie fluctuantib⁹. Que et mangularis est et i angulis tria promotoria habere dicit. Ex quib⁹ vnus ad meridiē vergit. qui et pachynus dicit Alter ad septentrionē spectat et pelorus vocat. Nec plus distat ab italia cōz mille quīgētis passibus. Alius autem in libyam t occasum tēdit atz in ipsam carthaginem maxime spectare videt. Nec ab affrico littore plusz centū viginti milia passuū distare constat. Vocaturcz lylibeus. Et hi tres mōtes tria insule latera cōstituētes. vnū quidē ad affricaz exponunt. Reliqua vero duo latera versus italiam coartantes. Insulaz in pelorum deducūt. hanc antiqui rome horreū vocauere. Que oībus in rebus supior alijs italie partibus habita est. vtpote frumēto. Croco. Melle. alijscz p multis. Et non fructibus modo sed et pecoribus. pellibus. lana et caseo.

Cyprus insula a Cethim qui fuit tercius filius Jauan t nepos Japhet Cethina dicta cum primū eam habuit. Hec inter ceteras insulas celeberrima. rerū em̄ omniū habundans: et veterum diuitijs ornata. Et pterea luxui plurimum dedita: ob quod veneri sacrata fuit. Cypr⁹ aūt cadentib⁹ reb⁹ romanis diu sub imperio grecoz fuit. Qui post Constantinū apud Bizācium regnauere. Ricardus anglie rex grecos ex insula deiecit cū hierosolimā classe petēs: eo tē pestate delatus portu prohiberet: Indignatus em̄ arma que in saracenos parauerat in grecos vertit. eiscz insulā abstulit. Spoliatamcz firmo suoz presidio cōmunitā reliquit. Nec diu postea Guidom lusignano genere gallico: Qui de

hierosolimitano regno contendebat: cuz prnuisit Quā ille ab anglico acceptā sibi z posteris suis vsqz in varia tempora obtinuit. Post varias suc cessiones regnū ad duos fratres pcenit. Quoz alter nomie petrus Classe instructa cum Catela nis et gallicis alexandriā egiptiorū inuasit. Ingressusqz vrbē mediaz diripuit: et quāuis occur rentibus maximis egiptioz copijs: fuge se com miserit. Ingentem tamē predā et ditissima spo lia reportauit: nec diu postea a fratre interfectus est. Nulla em sancta repitur regni societas. Cru entus fraterno sanguine rex constituit. sed neqz ei longo quies fuit. Post hec perpessa est hec in sula magnas calamitates. nunc autez sub domi nio venetorum habetur.

Euboya insula nominatissima quā nostro seculo Nicropontem dicimus in qua ciui tas Chalcis quā quidez Cecrope. Alij (vt Cice ro deorum natura libro. 5.) ab Alabanto condi tam dicūt. Plato vero in thimeo Amasim regē Egiptum eiusdem vrbis conditorem dixit. Hec cum eiusdē insule metropolitana z celebris at qz pugnatissima esset a Mahumeto Ottomāno Turcorū principe venetis ablata fuit. In ea qp pe Cecrops rex primus Appollinem deum ap pellauit. Simulacra reperijt. Et aras ibidem in stituit atqz victimas imolauit. Ibi etiam preter tres filias et quartā genuit nomine Phrigiam que inde trajciens Phrigiam a se habitatā de nominauit. Eam autem calcidē cepit Mahume tus turcoz imperator quartodecimo. kal. Junij Anno salutis. i 471. proditione cuiusdā thome liburni cum magno xpianorum z maxime vene torum damno. Ubi prohdoloz omnes puberes italicos ibi inuentos acutis palis tranfigi fecit. et grecanā gentē sub hasta vendere pcepit.

At in gallia quas referre conueniat sole in sule sunt Stoecades ab oza ligurū ad mas silias vsqz disperse. Baleares in hispania cōtra tarraconensia littora site nō longe inter se distāt vsqz ad euersionem frugum cuniculis animalib⁹ quondā copiose. Et ex spacio sui cognominib⁹ acceptis maiores minoresqz perhibent: Castel la sunt in minoribus Samo z Mago: In maio ribus parinaz polentia colonie. In atlantico quoqz mari vsqz occasum gorgadum sunt insule Has incoluerunt gorgones mōstra. Et sane ad huc monstruosa gens habitat. distant a continē ti bidui nauigatioe. Prodidit teniqz Xenophō lampsacenus Harmenopem regem in eas pme auisse. reptasqz ibi feminas alti pernicitate: atz ex omnib⁹ que apparuerunt duas captas. tam birto atqz aspero corpore. vt ad argumentū spe ctande rei duarum cutes miraculi gracia inf do naria iunonis suspenderint: que durauere vsqz in tempora excidij carthaginensis. Ultra gor gadas hesperidum insule (sicut Sebosus affir mat) dierum. xl. nauigatione in intimos maris sinus recesserunt. Fortunatas contra leuam mauritanie tradunt iacere. Quas iuba sub me ridie quidem sitas: sed proximas occasui dicit. De harum nominibus expectari magnum mi rum reor: sed infra famam vocabuli res est. In prima earum cui nomen est embriona: edificia nec sunt nec fuerunt. Juga montiuz stagnis ma descunt: ferule ibi surgunt ad arboris magnitu dinem: earum que nigre sunt: expresse liquoiz reddunt amarissimuz: Que candide aquas euo muit etiam potui accomodatas: Alteram insu lam Junonias appellari ferunt. In qua pauxil le edes ignobiliter ad culmen fastigiata. Tercia huic proxima eodē nomie nuda omnia: Quar to loco capraria appellatur enormibus lacertis pluscz referta. Sequitur nivaria acre nebuloso et coacto: ac propterea semp nivalis: Deinde ca naria repleta est canibus forma eminentissimis In ea edificiorum durant vestigia. Aurium ma gna copia: nemora pomifera: palmeta cariotas ferentia: multa nux pinea: larga mellacea: Am nes syluis piscibus abundātes. Perbibēt etiā equi i eā vndosi mari belluas: deiñ cuz mōstra illa cum putredine tabefacta sunt: omnia illic in fici tetro colore. Jteroqz non penit⁹ ad nūcupati onem sui congruere insularum qualitatem.

Cassiterides insule spectant aduersus celtiberie latus: sic dicte a grecis (vt plinius habet) a feru litate plumbi in capite vero hesperie vbi extrem⁹ est noti orbis terminus insula a continenti septi gentis passibus seperatur. Quā veri erithreaz: peni lingua sua gadir nominauerunt: De alijs i sulis in generali descriptione habitum est in su perioribus.

Post insulaz famosaz mar⁹ mediterranei ac aliaz descriptionē Pauca de latitudie ter re subiungem⁹.

Latitudinem terre quatenus habitataz es timarunt maiores nostri in septem cli mata diuiserūt. Quoz primū ab insula Me roe vsqz ad Sienem p milia passuū quadringē ta et quadraginta ptendit. A cui⁹ fine Se cundū incipies in alexandria egipti finit. qua dringentus passuū milib⁹ amplius. Tercium in rhodo desinit. Hui⁹ latitudo tercentis et quīqua ginta milib⁹ passuū extenta est. Quartū rho diense appellant: eiqz trecēta milia passuū latitu dinis attribuūt. Quintū romanū ducentoz et quīquaginta miliū. Sextus ad Boristenez vsqz amnem pducit. ducentis et duodecim mil libus patens. Septimū ad Ripheos mōtes p millia passuū centū z octuaginta quīqz. Atqz ita oim climatū latitudo sup vicies centena cē tum quadraginta duo milia passuū complectit Quēadmodum his visum qui de terre climati bus scripsitarūt. Longitudo climatum ab oz tu in occasum protrahit. Tantūqz alterus ab al tero superatur. Quantū ab equinoctiali circulo procul abest. Haud tamē his climatibus om nis habitabilis continetur. Siquidē longe vl tra Meroem degere homines et ptolomeus et multi alij prodiderūt. Et vltra septimum clima quod Ripheis montib⁹ terminatur: magna pz germanie sita est. Et tota Norwegia: ipsaqz brit tannie insula atqz hibernie. In quibus maxime dies haud min⁹ quā duas de viginti horas as sumūt. Quas in septimo climate terminari qui decim tradiderūt: An vero sub equinoctio habi tatio sit: Indiscussum nunc relinquimus. histo riam temporū prosequentes.

Parisius regia et inclita Gallianus vrbs in Senonensi prouincia post Troyanū excidiū habuit initium. Nam paride cum Enea e troya secedens: vnaq; cum francōe hectoris filio in Gallias ꝓficiscens iuxta sequane fluuium consedit et ibi populum constituēs a se parisios nominauit. Franci quidē ab origine Troiani fuerīt: Qui deleto Ilio duce priamo magni p̄ami ex sorore nepote p̄ pontū euxinū t Meotbidas paludes i scythiā q̄uenere. Ibiq; ciuitatem quā Sicambriam vocauere edificarunt Quo in gentem magnā coaluerūt. Pansertq; romanis vectigales vt alij scythe vsq; ad tempora valētiniani Cesaris. Quo imperante Alani vexare imperiū ceperunt. Eo tpe libertate in decēnium imperator ꝓmisit vt alanorum ferocitatem cōpesceret. Allecti eo p̄mio sicambri arma sumpserunt. et alanos victos bello deleuere Ideo libertati donati mutato nomīe franci appellati: quod attica lingua. siue feroces. siue nobiles sonat. Itali frācos liberos vocāt. Exacto decennio: cum romani solita tributa repeterēt: franci ob eam libertatem effrenes facti parere recusarunt. Hoc ergo francorum genus cum ex scythia in germaniam venisset: Ibiq; diu consedisset germanicum effectam est. Verum cū cresceret imperiū ita et francia aucta est adeo vt tota gallia ferme et magna germanie pars a montibus pirreneis vsq; ad pānonie terminos francia diceretur. Nam quicquid francis suberat frāncia vocabat. Et in duas partes diuisa fuit. Nā quod est gallie occidentalis francia dicebatur: quod germanie orientalis. Hec gens sub Carolo magno romanum imperium meruit. Qui afflictam lambartico bello sedem apostolicam cōsolatus est. Sunt multi qui francos eos solummodo esse volunt. Qui circa parisius habitant. Et illis datum imperium esse volunt quos rectius francigenas quis appellauerit. Que vrbs p̄ tempora a regibus habitata in maximam t potentissimam euasit ciuitatem. Cui postmodum Carolus cognomēto magnus ob loci cōmoditatem imperiali diademate suscepto romanorum vniuersale Gymnasium condidit. Et a dyonisio Ariopagita episcopo ab aplis eo vna cum Rustico et Eleuterio dyacono predicationis gratia directo sacrum xp̄i euangelium suscepit. Et ibi coronā martirij sustinuit. Quam hec ciuitas clarissima reliquijs bathildis regine: et Auree virginis aliorūq; plurimorum martyrum.

Parisius

Maguncia Metropolitana vrbs Germanie: Eam a maguntio quodā Troyano initium et nomen tempore troyane cladis habuisse Carinus in cronicis tradit. Hec inter belgas Germanie ciuitas est. et rheni ripas attingit. Famā ei⁹ clare auxit Drusus nero germanicus. cum bellum aduersus germanos trās rhenum ciuitates gessit: Et ex fractura equo super crus eius collapso. xxx. die qua id acciderat mortuus est: Corpus ei⁹ a Nerone fratre q̄ nuncio valitudinis euocat⁹ raptim accurrerat. Romam deuectum: et in C. Julij tumulo recōditus de mole drusi circa rhenum tacitus et alij mentionem faciunt. Hoc manifestant Magūtie drusi latium et alie antiquitates. Quidam a paulino pompeyo Romanorum legionus in germania duce sub Nerone imperatore perfectam dicunt Huius ciuitatis archiepiscopus ad Imperatorem romanum eligendū p̄stat suffragia: Habet hec vrbs virum sanctissimū Albanum martyrem. ¶ Prope hanc ciuitatem Franckfordia nobile emporium est: in quo superi cum inferis germani cōueniunt bis singulis annis. Ibiq̄ imperator elegitur ex veteri consuetudine. Eas autem plabitur. haud ignobilis amnis quem moganum vocant. Ptholomeus hunc fluuium obrigma appellat. Qui superiores germanos ab inferioribus eundem diuidere affirmat. Ne q̄ alius fluuius est qui eam diuisionem apertius q̄ moganus efficere possit. Et hodie quidē inferiores germani vsq̄ ad Maguntiam proceedunt. Abinde superiores vocantur. ¶ Moganus vero ex montibus bohemie vicinis ortus de regione Moguntie in rhenus exoneraf. Ob quā rem non defuerunt qui Moguntiam a mogano fluuio dici crederent. Edes autem amplissime more romanorū Moguntie: et basilice ornatissime cum arce episcopali. et plura memorie digna in ea visuntur. Et aliqua propter bella deuastata.

Maguncia

Linea Christi

Boos

5825.

Boos

5875.

Boos

5925.

Boos

5975.

REgnum Lacedemoniorũ oritur vbi primum regnauit Euristeus et regnauit annis. 42.

Euristeus

BOos filius salmon nascit̃ anno patris sui. 48. mundi fm lxx. 5775.

REgnum Corithiorum orit̃ vbi Atlethes primum regnauit grec⁹ luctator victoriosissimus. cũ se plurimum posse in corintho videret. et populum quo vellet aut vi aut persuasione pduceret imperiũ sibi assumpsit

Atleithes

NOta q̃ hic fit saltus per euangelistas: quo ad boos et obeth. quia ad minus inter eos fluxerunt .272. Anni quod tempus ad vnum hominem referri non potest. Et ideo hic quinquesponitur Boos magis ad denotandum tempus q̃ rem gestam. Nicolaus tamẽ de lyra dicit q̃ iuxta veritatẽ hystorie fuerunt tres boos sibi vicissim succedẽtes: sed hoc solido astrui non potest quia non habet ex canonica hystoria. Sed hoc est certum q̃ inter principiũ iudicatus Josue. quando Salmon accepit Raab. que peperit boos: vsq̃ ad natiuitatẽ dauid fluxerunt anni circiter. ccc lxvij. Vbi tm̃ nisi tres ab euãgelistis generatões ponũt.



RUth Moabithides genere fuit. Que virũ nomie Maalon genere tudeam ex Bethleem ciuitate natũ accepit maritũ. Cui⁹ viri pater Elimelech fuit. Mater noemi. qui famẽ terre sue ferre non valentes in terrã Moabitarũ cũ duobus filijs suis migrauere. Ibiq̃ dum cũcta eisdẽ bene p̃cederẽt filijs suis Moabitidas dedere vxores. vni sc̃z Chelion Orphan: et Maalon Ruth. Transactis deinde. i 7. annis Elimelech et duo filij ei⁹ mortui sunt. Noemi aũt amare ferẽs infortuniũ suũ in terrã suã iuda regredi p̃posuit. Sed ei⁹ nur⁹ deseri se ab ea nõ tollerabãt: nũc ipa sine eis p̃ficisci nõ poterat. Tandẽ vna remanẽte. Ruth ipsa cũ remanere nõ potuisset. Noemi soc⁹ sociã sibi duxit in Judeã. Cũq̃ in bethleem ingresse fuissent Booz Elimelech cognat⁹ suscepit eas in domũ suã. Procedente deinde tpe Booz cũ didicisset Ruth vxorẽ fuisse cognati sui defuncti: et ipe sine vxore esset: scõm legẽ Moysi duxit. Quo facto post annuz peperit ei filium Quẽ Noemi soc⁹ sumẽs suo cõsilio vocauit euz Obeth. eo q̃ in eius senectute nutriretur. Inde et ipe obeth genuit Jesse ex quo natus est dauid.

Linea pontificū

Esti quattuor in linea pontificum: nō fuerūt summi sacerdotes. sed Sadoch de eis descendit: quē salomō constituit summū in pontificatum: reiecto pri abyathar de sacerdotio qui fuit vltimus de linea ythamar.

Iepte illegittim⁹ princeps latrocinātū. fact⁹ est dux exercit⁹ a galaaytidis vt ꝑpugnaret contra āmonitas. z missis pri⁹ nūcijs Jepte ad regē Amon: ratione ostēdens inuste eos vsurpare velle terras eis a dño cōcessas. cū nollet eius audire facto voto de offerendo qđ ei primo occurreret de domo reuertēti cū victoria accessit cōtra āmonitas et debellauit eos. Cui reuertenti occurrēs filia virgo cū tympano: vt votū seruaret ymolauit eā. stult⁹ in vouēdo. impi⁹ in implēdo. Judicauit aūt Jepte israel. vi. ānis iudex septim⁹. post quē iudicauit. viij. Abessan de bethleem annis. vij. habēs. xxx. filios z totidē filias. Post quē iudicauit. ix. Abyalon zabulonites annis decē. Judicauit post illum Abdon. viij. annis hōs xl. filios Judex decimus.

Carthago vrbs fuit celeberrima i affrica a Cartha oppido (teste Seruio) nomen assumpsit. Et aput grecos. ΚΑΡΧΗΔΩΝ. scribit. Cōstructa primū a didone beli regis tyriorū filia: annis septuagīta trib⁹ anteq̄ roma ipsa cōstrueret vt dixit Justin⁹ libro. xviij. Que pri⁹ a bouis corio Byrsa dicta fuit. qr ꝑ illa edificāda tantū loci dido emerat a rege hiarba. q̄tum corio thauri tegi posset. dicēte virgilio libro Eneid⁹. primo. Mercatiq̄ solū facti de noīe byrsam: Thaurino. q̄tum posset circūdare tergo. Corio em̄ illud in tenuissimos filos secari fecit. quo loco multū circūdedit vocātes illū locū lingua phenicia byrsam. i. corium: que postea mutato vocabulo Carthago dicta est. Cicero quoq̄ de natura deorum libro secūdo. Postq̄ tres hercules declarauit. Quart⁹ inq̄t fili⁹ Jouis et Asteries sororis latone qui Carthaginē filiā genuit a qua Byrsa quā dido cōdidit Carthago vocata est. Hec eadē teste Plinio libro. xv. naturalis hystorie centus viginti annis romanis emula fuit. Pluries em̄ destructa: pluries instaurata. Fuit aūt hec inclita ciuitas vetustate originis magnitudine z claritate ante omnes affrice z hyspanie puinciarum vrbes memorāda. Primo autē excidio Scipio minor magni Scipionis nepos in tercio bello punico cōsul fact⁹ sex cōtinuis dieb⁹ ac noctib⁹ illā oppugnauit et vltra desperationē tandē ciues in deditionē traxit. petētes vt q̄s belli clades reliquos fecerat fuire saltē liceret. Eo i bello mulierū viginti q̄nq̄ milia: virorū vero trigīta trucidata fuisse referūt: Hasdrubal aūt eor⁹ rex vltro transfugiēs ei⁹ vxorē. se suosq̄ filios in mediū iecit incēdium. quod sexdecim cōtinuis dieb⁹ arsit. Et miserū (vt Liui⁹ ait) etiā victoribus ꝑbuit spectaculū. z tūc Carthago sexcētesimooctauo ab ei⁹ cōditōe anno omni murali lapide deleta fuit. Verū postq̄ euersa fuit vigesimoscdo anno Iclio Cecilio metello. z L. Q. flāmineo cōsulib⁹ repari iussa est. qua repata Romani ciues eo mīti deducti sunt. Sed vtidē liui⁹ inq̄t intra breue tps Ethna vltra solitū flammeos ignes eiomēs calidis cineribus exusta est. tecta destruxit. Cui⁹ subleuande calamitat[is] causa Senat⁹ Ro. decē annis ei vectigalia remisit. Multas etiā ꝑ tpa Gethorū calamitates ptulit. Tandē in Mauror⁹ man⁹ deuenies regū sedes. z regia nūc vsq̄ habita est. Que et vernacla lingua Tunicīū appellata est.

Carthago

Bine iudice Linea Judicum

Primus rex israel Baul

Saul primus iudeorũ rex. Cis de tribu beniamin filiꝰ duodecimo sacerdotij Samuelis anno a domino in regẽ electꝰ Regnauit cuꝫ ipo Samuele annis. 26. Hic a principio vir bonꝰ. deinde mãdata dei cõtemnẽs ex rege tyrãnꝰ et oppressor suoꝝ subditoꝝ eua sit. Tandẽ post multas dauid regi psecutiões illatas cũ cõtra palestinos in mõte Gelboe Syrie pucie pugnaret ab eisdẽ fusus ꝛ supatꝰ suis oibus pene pstratis. postremo ꝛ ipe grauiter vulneratꝰ in euaginatũ gladiũ irruens mortuꝰ est. Hoc vidẽs eiꝰ armiger seipm interfecit.

Quod se presentãte sauli Jonathas filiꝰ ibi psens maximã amiciciã cũ dauid cõtraxit ita vt oĩbus vestimẽtis suis faceret eũ indui. ascẽdentibꝰ autẽ Saule et dauid cũ pplo in hierlm cũ victoria ꝛ choris puellaruꝫ cũ musicis cantãtibꝰ in obuiã eoꝝ. Saul percussit mille. et dauid decẽ milia. contristatꝰ est ex inuidia: timens ne regnum deueniret ad eũ. ꝛ quadã die psallentẽ coraꝫ eo in cythara: Saul lancea q̃siuit eũ trãsfigere Postea aũt fecẽ eum tribunũ sup gentes armoꝝ. Promisitq; saul dauid dare sibi vxorẽ filiã suã Michol: si ei afferret centũ ppucia philistinoꝝ: scz eos occidẽdo. intẽdens ex hoc mortẽ dauid inferendã a philisteis. q̃ assentiẽs ampliꝰ dieta pucia: occidẽs illos in bello iusto: qz inimici erãt populi israel. Jonathas aũt valde diligẽs dauid vbis suis reuelauit eũ pri suo sauli: quẽ q̃rebat occidere. Et cũ in bello habito ꝯ philisteos: Dauid fecisset plagaꝫ magnaꝫ in philisteos: Saul iteꝝ q̃siuit hasta sua cõfigere dauid sytharizantẽ coraꝫ eo: Ez dõ declinauit ictũ: fugientẽq; ad domũ cũ saul misitꝫ satellites ad capiẽdũ eũ ꝛ occidẽdũ Michol vxor sua nũciauit ei: ꝛ emisit eũ p fenestrã. Cũq; nũciatũ fuissꝫ sauli q̃ esset in aroth cũ Samuele misit apparitores vt caperẽt Dauid plres ꝛ varios tribꝰ vicibꝰ. q̃ cũ veniebãt inuenientes pphantes cũ samuele ꝛ dauid. et ipi cũ eis pphabant laudãtes deũ. demũ ipe saul accelsit: qui etiam simul cum illis prophetauit nudus se expolians.

In iudicatu illoꝝ triũ scz Abessan Abyalon: et abdon: pa dieta fuerũt ꝛ nicheo nil notabile actũ est tũc in israel. Ez nota q̃ istũ Abyalo. lxx. nõ hñt nec etiam tps sine iudice supꝛpositũ. ꝑ ista tpa assignat Josue q̃ nõ bz tps spãluer distinctũ. scõm hebraicam veritatem. ꝛ ita concorda suppotationes annoꝝ ꝑm quẽlibet alioquin errabis.

Narrat Aug⁹. et Boeti⁹ in de philozopbico cõsolatu li. iij. Petro. iij. Q Ulixes rediẽs de bello troyano decẽno errauit in mari. Nã cũ in extremo Italie Eyaliã vsus cũ vnica naui fortũe gr̃a ad insulã in q̃ magna Circes dña pulcherrima q̃ filia Solis dicebat habitauit applicuit ꝛ itrauit. Ista p icantatiões ꝛ carmina nisaut quedã pocula: p q̃ oes bibẽtes trãsmutauit sic voluit a nã hũana i bestias. Vñ statĩ socijs vlixis porrexit de potatiõe sua. vñ ꝛ aliũ mutauit in aprũ aliũ in leonẽ. aliũ in ceruũ. Ulixi vo dederat mercuriꝰ (q̃ suꝰ ꝛ archadie deꝰ dicit) vnũ florez cuiꝰ virtꝰ fuit cõtra tales incãtatões resistere. Unde nihil passus. magam insequit et eam ad reparatione socioꝝ euaginato gladio coegit. Hũc vlixbonam in hispania Solinus cõdidisse scribit. Et ab ipo vlixe: vlixbonaꝫ nomen accepisse. We eius erroribus penolopeq; vxoris casibꝰ homerus. xxiiij. libros diuinos carmie scripsit. Quos odysseę volumen appellauit.

Linea pōtificum

Heli

Phinees

Achitob

Achimilech

Abyathar

ESte heli sacerdos t iudex. habuit hos duos filios Iesz. Ophni et Phinees. et quia in arguendis filijs tepidus fuit. ideo reprobatus fuit a domino. Audita qz strage filiorū et Archam captā a philisteis de sella cadens. fractis ceruicib⁹ expirauit pre dolore dum octo t nonaginta vixisset annos.

SAmson duodecimus et vltimus iudicū israel Iudicauit annis. 20. Hic hebreorū fortissimus fuit patri suo Manue nasciturus p angelū fuit annūciatus Nazare⁹. vxore ducta in thamnata pabola de leone conuulus ꝓposita. et per dolum mulieris soluta. cū segetes hostiū incendisset. t mille viros mandibula azin aquā dante trucidasset. Tandez dolo dalide rasis crinibus a philisteis captus. Renatis crinib⁹ concussa domo plures strauit mortuus qz viuus. Cōcussis eñ columnis tota domus sup principes vniuersos cecidit et tria milia hominū extinxit. inter quos t ipe vna cū eis defunctus est. Clemēteqz fratres ei⁹ sustulerūt corpus t sepelierunt in sepulcro patris sui.

AChitob filius Phinees filij heli fuit pater Achimelech quē pcussit Saul cum omni domo sua ꝓpter dauid vt patet sup̄.

POst samsonem iudicauit heli. qui et sacerdos et a dignioꝛi sacerdos est nominat⁹ nō iudex. Trāslato ergo sacerdotio a filijs Eleazar. hic primus de filijs ythamar arripuit. Fortitan ipemet factus iudex sacerdotiū ad se transtulit. Cepit aūt iudicare anno ab exitu de egipto. ccc lvi. etatis aūt tercie id est ab Abrahā d ccc lxi. mundi vero bis millesimo. d ccc ix. Et iudicauit annis. xl. bui⁹ tpe ꝓtigit hystoria ruth de q̄ sup̄.

SAmuel sanctissimus propheta domī hebreorum sacerdos et iudex post bely sacerdotem dei populum rexit annis. 40. Hic Helchane t Anne vxoris ei⁹ filius fuit. Cuz helcana habuit duas vxores: scz Annā et Phenennā. Anna aūt sterilis erat. sed tamē magis a viro dilugebatur. Phenēna vero fecūda propter quod exprobrauit anne de sua sterilitate: sup quo contristata valde accessit ad templum orans et votum faciens pro filio obtinendo. Et cum reprehenderet ab hely sacerdote: qz vt ebria oraret: illa humiliter excusauit se indicās suam afflictionem. Exaudiuit aūt dominus orationem anne et dedit ei filium masculum scz Samuelem ꝓphetam quē ablactatum obtulit eum domino ad tabernaculum dei. et ibi misit eum ad seruiendum in eo. Qui a puericia vsqz ad senium digne domino deo ministrauit Qui tandem cum iudicasset israel annis quadraginta. Secūdo ante obitum Saulis anno diem suum obijt. quē singuli ex pplo israel tanqz ꝓpriū fleuere parentem Eius aūt corpus in Ramatha sepultū fuit.

Linea Iudicum

Samson

Hely

Samuel

Neapolis

Eapolis vrbs vetusta atq; ꝑclara Campanie olim parthenope dicta. Cui⁹ originē Tit⁹ liui⁹ ī octauo refert in cumaīs his verbis. Palepolis fuit haud ꝓcul. vbi nūc Neapolis ē duab⁹ vrbib⁹ idem ppl'us habitabat cumis erāt oriūdi. palepolimq; quā tenerēt greci dicit infra liui⁹ a publio plautio cōsule captā fuisse. ⁊ infra Fas publi⁹ inter palepolim neapolimq; loco opportune capto diremerat hostibus societatē aurelij mutui. Quidā tñ scribūt eā regiā ciuitatē a dyomede rege in littorib⁹ maris cōditaꝫ fuisse. Que postq; romanis se sponte dedit: eisdē alijsq; principib⁹ ⁊ dñis fidē semp seruauit. Liui⁹ q̄s dicit Neapolim auxilio nolanoꝝ romanis deditā fuisse. Ipsi vero sūt semp postea Neapolitani erga romanos ⁊ alios dños cōstantissima fide. Primū romana republica canensi clade cōsternata cū ad hieronē tam hyeme impendente cōsisteret bellū neapolitani legatos romā venerūt ab his q̄draginta pondere auree magni pōderis in cruam delate. q̄s quidē senat⁹ cōtra morē sibi accepit. ⁊ neapolitanis gr̄as egit. Cūq; hannibal Neapoli summope potiri q̄sierit: Neapolitani in romanoꝝ ptib⁹ pstiterūt. floruit aūt semp postmodū neapolitana vrbs romana re sub cōsulib⁹. ⁊ pariter sub principib⁹ integra adeo vt apud eā graues viri animoꝝ a curis laxamē tum quererēt. Et discoli lasciue diuersoriū. Suetoni⁹ de nerone reuersus e grecia neapolim. q⁹ in ea primū artē musicā ꝓtulerat. albis equis introijt disiecta pte muri. Sed ⁊ viros vidim⁹ lr̄is celebratos. Virgilius diu. Titū liuiū aliq̄. ⁊ horacium Neapoli moratos fuisse. Et Seruⁱ⁹ asserit virgiliū scripsisse Georgica neapoli quā parthenopē appellauit: Francisc⁹ q̄s petrarcha prestanti vir ingenio. a Roberto rege neapolitano gallicana oriūdo ꝓgenie rogat⁹ Neapolim bis se cōtulit. Sed a trecētis annis citra regia dignitate insignita. Habet nūc neapolitana basilicas. mena ⁊ arces ⁊ publicas ⁊ priuatas edes supbas. ⁊ ceteris italie maioꝝ cōparādas. In q̄s preclarūq; virginis clare mōsterīū. qō a sancta Aragonie regina Roberti regis uiclii vxore edificatū. facile oīa italie mōsteria antecellit. Eiq; primū esse videt sancti Martini extra vrbis mena Cartusiēse cenobiū edificij magnificētia pulcherrimū. Cōstat tñ arcē vnā. Castellū nouū appellatus inani munitētoꝝ Alphōsi regis laude ⁊ memoria dignū op⁹. Ceteris q̄ ī italia nūc extāt veterib⁹ siue nouis opib⁹ monumētis ⁊ structuris preferendū cē. Si turriū ei⁹ muroꝝq; altitudinē ⁊ crassitudinē ⁊ pulchritudinem. siue aularū cubiliūq; ⁊ singularū ei⁹ parciū amplitudinē ⁊ ornamēta pensit⁹ cuiusmodi rerū existimet. Vesuui⁹ q̄s mons cāpanie. ab oīm alio mōte solut⁹: Neapoli ad q̄tuor milia passuū ꝓxim⁹: Vinetis oliuetis ⁊ quibusdā fructiferis arboꝝ refert⁹. Ex ꝑceteris vini vbertate admirabil'. qō iam grecū vocāt. Eructant q̄q; cineres ⁊ incēdia in formā pumiceaꝝ arenaꝝ. Ita vt ex illis campi vsq; ad arboꝝ cacumīa intumuerint. Et tpibus Traiani impatoris plinius scōus ex Messanensi classe cui ꝑat ad visendū hoc spectaculum propius accederet ab incendio absorptus est.

Linea regū assiri

Linea Christi

Athanes

Athanis

Thineus

Obeth

Abyas

Abygail habet vnum filium

Amasa

Ydan

Hdiab

Aminadab

Naason

Mam

Zeeda

Barnaa habet tres filios

Abilay

Alahel

Ioab

Ab isto factū ē excidiū troye forte prime ⁊ nō sede. Orat principalis grecoꝝ ꝑf hāc victoriā troye greci hystorias. ⁊ alia facta scripserūt āno ꝓximo vel scdo ⁊c Post captā troyā ipe est tercꝰ annꝰ Abdon iudic⁹ israel.

Anno mundi. 4025.

Ab isto bella troyana facta describunt regnāte apd athenienses Menesteo apud sycyonios polisde.

Iste Thineus. 28. Rex assyriorū sub quo etiam cessauit regnū sycyonioꝝ tpe heli sacerdotis cū nongentis triginta nouem annis regnassent. post quos sacerdotes carni constituti sunt.

Anno mūdi. 4075.

Esse vel ysay habuit septem filios et duas filias quorum nomina patent hic.

Homerus

Homerus poeta asianus omniũ grecorũ clarissimus de cuius tpe acvita incerte sunt sententie. in grecia claruit tpe Saul regis israel. hic vt ait helynandus li. iij. ab Atheniẽsib⁹ pro insano habit⁹ est. eo q⁹ deos inter se belligerasse diceret. Hic etaz vt dicit in policrato li. i. leuẽ questionẽ a nautis sibi ꝓpositã nõ potuit explicare. a quib⁹ dum imprudenti⁹ ⁊ procaci⁹ deriderer: vir verecundi ingenij quasi toxicato cõfusionis iaculo pfossus ad mortẽ spiritũ exaluit. Questio aũt nautarum hec fuit. Ibat em homer⁹ spaciatũ in littore maris aspiciẽs celũ vtpote cõsideratiõe eleuat⁹: quẽ videntes piscatores sedẽtes in littore adinuicẽ colloquẽtes deriserunt. qui cũ eos ridẽtes aspiceret interrogauit q̃d haberent. q̃ dixerũt. quotq̃t cepim⁹ nõ habem⁹. ⁊ q̃ nõ cepimus retinem⁹. Hermes em in vestib⁹ scrutabant. Homerus vero dirigẽs cogitatum ad pisces cogitabat qualiter hoc esse potuisset vt videlicet nõ dum captos haberẽt pisces: et captos pisces nõ haberẽt. Ayũt vero quidã eiz ex hoc amaricatum adeo vt in insaniã versus seipm suspẽderit. Vixit aũt annis. c. vij. De homero bystoriographi referũt q⁹ ipe virtute piter ⁊ etate nõ solũ poetaz sed ⁊ philosophoz princeps vocari piter ⁊ haberi apũd grecos iure meruit. Flaz ⁊ ante omnes fuit quoz memoria nota est. ⁊ oibus veri⁹ ⁊ lucidi⁹ quicq̃d dicere voluit explicauit. Hic de troye captiuitate iuxta numeꝛ grecoꝛ litterarũ. xxuij. libros heroicis versib⁹ edidit. q̃ opus Iliades nomiauit. Alterũ quoq; hisdẽ versib⁹ cõdidit ad earundẽ numerũ litterarũ quod vocauit Odysseam in qua vlixis erroꝛẽ scripsit. Vixit aũt annos centum et octo semper vt plurimum cecus.

Linea Regum ytalie

Latinus

Lodus

Anchises Ven⁹ dea

Anchises Capis troiani fili⁹ a Sibilla phrigia p̃monit⁹ ciuitatẽ troyanam fore perituraꝫ. in nemora secessit et solitudines coluit. ⁊ armẽtoꝛ atq; gregiz curã suscepit. Circa q̃ vt plurimuz diuitie antiquoꝛ fuere. Quib⁹ cũ apud Symeantẽ vacaret fluuiũ a venere dilect⁹ est. Et ei⁹ amicicia atz cõcubitu vsus ex dea venere genauit Eneam q̃ regnauit in ytalia. Hec ficticia deceptoꝛes rudiũ ppꝛoꝛ confinxerũt quib⁹ sua stupra et adulteria palliarunt.

Eneas

Eneas anchise fili⁹ Anno sexto principatus Labdon in latiũ venit hic certe omni forma ⁊ elegantia inclit⁹ fuit. q̃ cũ patre ⁊ Ascanio filio ac Cayeta nutrice miltis troyanis cõsociat⁹ post deletã troyã a grecis relegatus venit in ytaliã cũ viginti nauib⁹. ⁊ plurima bella cõstituit. Hic fertur in coitugẽ habuisse filiã priami. ⁊ de⁹ habit⁹ fuit error vulgi.

Ascam⁹

Oedr⁹ ille Melanti regis fili⁹ vltim⁹ rex Atheniẽsiũ fuit. septimo ⁊ vigesimo principat⁹ Samuelis sacerdotis anno p⁹ patrẽ atheniensib⁹ regnare cepit. ⁊ regnauit annis. 21. Post cui⁹ mortẽ atheniẽsiũ reges defecere. hic nõ regali sed despecto habitu quo ignot⁹ esset seipm voluntarie morti tradẽs. vt morte sua pplm suũ ab hostib⁹ liberaret. dignũ exemplũ paucis aut nullis immitãdum principib⁹ relict. Vñ ob hãc mirã fidelitatẽ a sciis doctoꝛib⁹ allegari solet quasi quedã figura xpi in eo ꝓcessisset. Flaz cũ sciebat q⁹ peloponẽses respõsuz habuissent a diis q⁹ ille exercit⁹ haberet victoriaz. cui⁹ rex occideret in bello. vt victoriã haberet exercit⁹ su⁹ accedẽs ad extremũ hostiũ cõtendens cũ vno occisus est. Quo agnito peloponẽses bellũ e vestigio soluũt ⁊ atheniẽses liberãtur. Maluit hic certe sic mori vt sui vincerẽt q̃z suis superatis glorioſus viuere. Codro itaq; defuncto atheniẽsiũ respublica tamdiu p magistrat⁹ postea est administrata quousq; solon insignis legũlatoꝛ in ducẽ fuit elect⁹. Reges aũt atheniẽsiũ a centesimo hebreoꝛ seruitutis Anno vsq; ad istũ. 487. annis regnauere.

Iste Ascani⁹ fili⁹ Enee ex Creusa priami regis filia scõs rex latinoꝛ regnare cepit. Albam ciuitatẽ cõdidit: ibiq; regnauit. Vnde dict⁹ est rex albanoꝛ. Posteriq; sui dicti sunt Albani: ⁊ fuit primus rex albanoꝛum. Illam autem ex oraculo suis albe quã in albano monte cum triginta pullis inuenerat. Et ab situ porrecte in dorso vrbis longam albam appellauit.

Sibylla cumana que fuit tempe Tarquinii prisci vestita aurea veste. librum apertum altum in manu gestans et librum in sinistra habens super genu capite discoopto dicat sic. Magnus ab integro seculoꝝ nascit̄ ordo iam reddit et virgo redeūt saturnia regna. Jam noua ꝓgenies celo dimittit̄ alto. Tu modo nascēti puero quo ferrea primū. Desinet ac toto surget gēs aurea mūdo. Casta faue lucina tu⁹ iā regit appollo.

Manli⁹ torquatus

Hi duo vicerunt sabinos et de eis triumphatum est. et Valerius fataliter mortu⁹ paup.

Anno vrbis condite. xxv. romani bello sabinorum cōfestim creant dictatorē. cuius auctoritas et potentia consules preiret. et est nomen officij dignioris.

Popilia vgo vestalis

Hete. T. Manli⁹ Lelij manlij filius. belluꝝ cum gallis inchoauit. pugnoꝝ gallo qui eū ad singulare certamē prouocauit. torquem aureum de collo eius tulit suoꝝ imposuit. Ex hoc dictus est torquatus et torquati cognomē suis posteris obtinuit.

Galli Senones gens natura ferox morib⁹ inconcita. ob hoc ipa corporū mole ac armis ingentibus adeo omni genere terribilis fuit: vt plane nata ad hominū interitū vrbium strages videretur. deinde totam vrbē igne ferro manibus exequāt sex mēsibus barbari: et Manli⁹ nocte subeuntes clangore anseris excitat⁹ a summa rupe deiecit.

Popilia virgo vestalis ob crimen stupri vna defossa est.

Tempore illorum duorum fuit bellum vegentinum in quo tot ceciderunt de victoribus romanis quot de victis.

Dictature dignitatis institutō

Anno post exactos reges anno (vt Eusebius habet) Rome nouadignitas scilicet dictatura creata est. et equitum magister. qui dictatori in omib⁹ obsequeret̄ et largū als lercū dictatorē primū et Sp. cassiū magistrū equitū scribit. Institut⁹ est itaq̄ dictator vt auctoritate et potētia cōtra hostes cōsules precederet. Eo maxime qz porsemia dulsij rex (ea ciuitas thusta erat) armis Tarquiniū superbum reducere conat⁹ esset. qō ne fieret dictator obstitit. Verū pace cōfecta in amicitiam ppli Romani porsemia sūmis recept⁹ honorib⁹. Quinci⁹ cincinat⁹ prestantissim⁹ postea dictator cū agriculture operā daret: a senatu rogat⁹: puluere ac sudore absterso: dictature dignitatē inuit⁹ suscepit. Hs nedū romanos obsessos sed hostiū quoq̄ exercitū superatū cū innumerabili preda romam perduxit. Sic expeditioe finita rediit ad boues: victoriāq̄ qsi securā tenens.

Sub isto valerio consule ciues exules seruiq̄ fugitiui inuaserunt capitoliū et incenderūt. Et tam atrox fuit bellū: qꝫ ipse consul fuit occisus: Publicola quoq̄ roman⁹ patrici⁹ cui publi⁹ valeri⁹ ꝓprium nomē ante fuerat. Et ipe p hoc tep⁹ expulsis Tarquinijs vna cū bruto in locū collatini consul est suffect⁹ de quo sup. Hs cōmissa pugna in quo brut⁹ occubuit ipe de Tarquinij exercitu quindecim milia et trecētos viros interfecit qua victoria prim⁹ ex cōsulib⁹ in curru inuect⁹ triumphauit: que res pulcherrimū spectaculū plebi sine vlla inuidia pbuit. fuit aūt magne iustitie et eqtatis vir.

Marcus Curci⁹

Aratus

ARatus Astrologus et poeta clarissimus cum eudoxo vt ait Augustinus vniuersum se numerum stellarum comprehēdisse et scripsisse iactauit. quos (inquit aug⁹) illa contēnt auctoritas que dicit ad abraham. Aspice stellas ⁊ numera eas si potes. Gene⁹. xv. Quomodo em̄ dinumerari possunt cum non omnes possunt videri. Cū astrologie nō ignar⁹ esset. De astrologia librū scripsit elegantissimū dicēte Cicerone li. primo de oratore. Cōstat inter doctos homines ignarum astrologie ornatissimis atq; optimis versibus. Aratum de celo stellisq; dixisse et conscripsisse.

OS inferni in medio vrbis vasto hyatu horribiliter apparuit ⁊ vi ui homis sepulturā interpretantib⁹ auruspicib⁹ expetebat. Rome em̄ (vt Liui⁹ ait) siue interemptu seu alia aliqua vi forū ferme spe cu vasto collapsum in immensam se aperuit altitudinē. quā voraginē nullo videbat posse oppleri materia. Tum Marcus curcius eques roman⁹ bello egregius eo audito. templa deorū que foro illi imminebāt intuens. Equo maxime ornato insidēs zelo patrie armatus se in hyatū misit. q̄ mortuo stati hyat⁹ obturat⁹ est.

Esopus



ESopus adelphus poeta fabulator clarissimus. claruit tpe Cyri regis psarum. Fuit autē grecus de ciuitate Attica: vir ingeniosus ⁊ prudens. qui cōfinxit fabulas elegantes quas romul⁹ postmodū de greco trāstulit in latinū. ⁊ filio suo Tibertino direxit. In quibus docet quid obseruare debēt homies. Et vt vitam hominū ostendat ⁊ mores: inducit aues. arbores. bestiasq; loquentes p pbanda vita cuiuslibet fabula. quas qui diligēter inspexerit inueniet ioca. loca apposita que et risu miscent ⁊ ingenium acuant. Hic p̄mo anno Cyri regis psarum fertur fuisse pemptus. Nouissime eas fabulas omnes vna cū ipius Esopi vita Rinuti⁹ quidā erudit⁹ vir: ad Antonū tituli sancti Crisogoni cardinalem latinas accuratissime fecit.

Decem virorum rome electio

DEcimo Artaxersis regni āno. ccc. ⁊ altero ab vrbe cōdita. L. menenio ⁊ P. sextillo capitolino cōsulibus. Romanis placuit q̄d consulare imperium cessaret: et eius loco decem viri deligerent: p quos sine puocatione omnis regeret ciuitas. leta eius mgr̄atus tpa (vt Liui⁹ ait) nimium luxuriare incipiēs. ciuis eius res lapsa est. Quia post annū exacti sunt ob facinora Appij claudij.

Leges duodecim tabularū

ROmani cum hucusq; legem non haberent magnaq; inter tribunos et consules de legislatore orta est disceptatio. terciodecimo regni Artaxersis anno legatos athenas miserunt. Qui non solū ab athenensibus Solonis leges obtinerent. verūetiam ex alijs grecie ciuitatibus mores institutaue romani perferrent. Ac sic ab eisdem legibus traditis scilicet decem tabularum. Romani postea duas addiderunt. vnde et postmodum illa decem tabularum famosissima emanauit lex vt habet. ff. de ori. iu. l. ij. et dis. vij. c. ij. Ordinataq; erat in. xij. tabulis tota iusticia.

Tribuni et ediles Rome creati

QUartam seditionem bonorum cupido excitauit. vt plebei quoq; magistratus crearent. Fabius ambustus duarum pater: Alteram sulpitio patricij sanguinis dederat. alteram plebeio. Tribuni igitur plebis sextodecimo regni Artaxersis anno rome creati sunt. Quod quidem tribunatus officium et si magistratus dignitatem non haberet. maximi tamen momenti in republica fuit.

Veturia romana

VEturia Coriolani patricij romani mater p hoc tempus iam senex laudabili opere annos suos in viriditatem traxit ppetuam: quia filium suū qui infestissime vrbem obsidebat: quem legatorum maiestas ⁊ pontificum reuerentia nequiuerant ipa ab ira retraxerat duriissima: ⁊ eius ꝓpositum vertit in bonū. Nam relinquens obsidionem ciuitatē liberam dimisit. Ob cui⁹ mulieris beneficiū: ne ciuitas ingratitudine argueret ex Senatusconsulto ad ppetuam rei memoriā eo in loco quo hec veturia filij iram moliuit templū ⁊ ara fortune constructa sunt insup cum null⁹ vsq; in id tps vel modic⁹ a viris mulierib⁹ pstaret honor sanctitū est vt mulieribus homies semp assurgerent ⁊ in via eis cederēt q̄d nunc usq; apō nobiles seruatur. Et q̄ eis liceret vti auro ⁊ purpurea veste aureisq; fibulis ⁊ armillis nec immerito cum suis precibus steterit romana libertas.

Monarchia Regum persarū Dari⁹ histapsis

Xerses

Artaban⁹

Artaxerses

Democritus philozoph⁹

Heraclitus

DArius histapsis filius quartus persarum rex anno septuagesimo captiuitatis: persis regnare cepit. Is cum aliis sex nobilibus Smerdim ꝛ patrem magum ei⁹ fratrem trucidauit. Conuenerunt de regno persarum. Cuius equ⁹ sequenti die in ortu solis hynnitū ante regiam primo emitteret ille persarum rex haberet. Darius Oebaris stabulariꝰ fuit solercia effecit: vt ante oēs hynnitū equ⁹ ei⁹ primo daret: quo facto: eucstigio rex creat⁹ est. Regno suscepto Atosam cambysis filiam duxit vxorem. Ex qua ꝑter xersem etiā alios genuit filios. Dedit potestatem zorobabel vt iudeos in hierusalem reducere posset et vasa redd̄i iussit: ꝛ ꝑ edificatiōne templi viginti argenti talēta p singulos annos iudeis darent. Ideo templum edificarūt. Verū anteq̄ e vita discederet egiptus ab eo defecit.

XErses darij et Atosa filius quintus persarū rex: Centesimoquarto iudaice captiuitatis anno: ꝑsis regnare cepit. Et regnauit annis. 20. Is voluntatis pme colendi deum israel: heres apparuit. Judeis liberaliter vtens. Esdre sacerdoti amicissim⁹ crudelitat̄ ꝛ seuicie paterne successor. Recepta egipto que a patre defecerat cū vniuerse asie potiret: innumerabili exercitu grecie bellū intulit. Athenas incendit: et infinitas strages dedit. Tandē leonide Spartanoꝝ ducis solercia duob⁹ acceptis vulnerib⁹ fugiēs: qui p⁹ mare nauib⁹ strauerat: in piscatoria scapha vix trepid⁹ aufugit. Et nō multa post ab Artabano ei⁹ prefecto spe regni potiundi interfectus est.

ARtabanus sextus persarum rex ꝑsis regnare incipiens: regnauit mensibus septem. Qui ꝑ anno computantur: hic xerse rege trucidato: cum essent ei duo filij nomīe Darius ꝛ Artaxerses: Juniorē in maioris necem solicitauit: Affirmans illū ꝓpatrem obtruncasse patrē. Magabusus aūt huius sceleris consc⁹: Artaxerse filio rem postea ꝑdidit omnē. Is cōuocans omnes armatos: numerū militū recensurus: vbi Artaban⁹ inter eos astitisset: Artaxerses se breuiorē simulat habere loricam cū deceret: iubens secus cōmutare. Quo nudato eucstigio cū septē filijs eū transfodi iussit: atq̄ ita Artaxerses egregi⁹ iuuenis cedē patris: necemq̄ fratris ꝛ seipm ab insidijs vindicauit.

ARtaxerses septimus ꝑsarum rex regnauit annis. 40. Hic omniū hominum pulcherrim⁹ fuit: sed tanta ei erat brachioꝝ longitudo vt genua contingeret: et ꝓpterea longimanus dict⁹ est. Qui tributa persis ꝓmus instituit. eo q̄ maximā impensas auri atq̄ argenti in edificijs constituisset: vbi tributa et que exigebat recondere posset ad bene rei administrate monimentus Et cum pacis auctor ꝛ conseruator haberet: Idcirco ab omnib⁹ amari promeruit. Esdras quoq̄ sacerdos et dei ꝓpheta clarissimus elegantis memorie eius imperium insigne reddidit. Neemias quoq̄ eius ꝛ Darij pincerna fuit.

DEmocritus abderites philozophus ꝙ hoc tp̄s floruit: is primo quosdam magos caldeos audiēs: adhuc puer theologiam ac Astrologiam optime didicit: deinde vt Geometriam ꝓficeret in persidem ꝛ ad mare prexit: postq̄ etiam ad cognoscendas res diuinas in Caldeam athenasq̄ se trāstulit: vbi a nullo cognitus ipe Socratē cognouit. Tandē doctissimus in patriam reuersus: patrios agros ꝛ innumerabiles opes reipublice sue cōcessit. Datius dicens eum pauptate studiorum libertate letari: q̄ opum seruili cura vexari. Nam in hortulo suo iuxta vrbis muros ad contemplandas rerum naturas se contraxit: vbi ꝛ nature secreta subtilꝰ rimari posset (sicut Cicero in quinto tuscul. questionū refert) Oculos sibijpsi effodit vt vegetiores cogitationes haberet. Aut ne videret bene esse cuibus malis: vixit annos. c. et. 9. Ex eius sententijs banc optimā habemus. Conuenientius est vt parcitatem in tuo serues q̄ luxum in alieno: parcitas em̄ necessitatis remedium est.

HEraditus philozophus asianus cognomento Scotinus hoc tempe in plecio fuit. Cui⁹ libri adeo obscuri fuere vt a philozophis vix intelligerētur. vnde et ꝓpter eorum obscuritatem heraclitus dictus fuit tenebrosus. Qui cuius in vltimo vite a discipulis quereret: vt notabile quid in medium ꝓferret. Nihil rei spondit: sed digitum voluēs significabat omnia inferiora in cōtinuo motu esse. Hic (vt Macrobius refert) dixit animam esse scintillam stellaris essentie.

Themistocles

Themistocles athenēsis pbus: ⁊ nauālis belli clarissimus ac sapientissimus dux his tpibus: tam sciētia quā rei militaris gloria inclit⁹ et clar⁹ habit⁹ est. Cui⁹ consilio parta est victoria in marittimo prelio: supato xerse ab athenēsib⁹: Cū adhuc puerul⁹ esset: natura prudens: eximia semp cogitabat. Cū a disciplinis pcipiendis animū laxare licebat: nō ludis aut inercie sed cōponendis oratiōib⁹ sese dedit. Glorieq; cupiditate incensus cupiens sibi vrbis principatum vendicare. Cum eum quidam consuleret de filia: an eam daret pauperi sed oriato: aut locupleti probato vxorem. Malo inquit virum pecunia: q̄ pecuniam viro indigentem.

Aristides

Aristidem pbum athenīensem virum vtiq; disertissimum per hec tpa floruisse Cicero in tercio de officijs tradit. Erat autem tum omnis virtutis tum iusticie in his que ad cōem rē trunt vtilitatem: ex quibus iusti nomē assecutus est: huic plato tantū tribuit vt p̄ ceteris clarissimis qui athenis claruerunt eū solum laude dignum censuerit. ferunt hunc ita inopem mortuum fuisse: vt suo sūptu efferri ad tumulum nequiuerit.

Anaxagoras

Anaxagoras pbus etiam hac etate in Clazomeno asie oppido inclitus fuit. Qui cum dives admodum esset studēdi desideno ductus: patrimoniū omne suis concessit: ⁊ in longinquas partes secessit. Post multa vero tempa reuersus cum suas possessiones desertas vidisset ait. Non essem ego salu⁹ nisi iste perisset. Cuidā dicēti. Nōne tibi patrie cura vlla est: respondit. mihi patrie cura est: et summa quidē atq; ita dicens: digitū celum versus extendit. Interrogat⁹ ad q̄d factus fuisset. Ad contēplandum inquit solem ⁊ lunam ⁊ celū. Huic audita morte filij illi qui nūciauerat ait: nihil noui nūcias. Ego em̄ ex me natus sciebā esse mortalem. Cunq; annis. 72. vixisset ab athenīensibus in carcere positus: e potoveneno interijt quia solem lapidem ignitum dicebat: quē illi pro deo colebant.

Empedocles

Empedocles pbus Athenīensis his tempibus laudat⁹: qui adeo canendi peritia edoctus erat. Qz cum hospotē eius iuuenis quidā furibund⁹ inuaderet eo q̄ patrem et⁹ accusatione damnasset: ita dulciter canendi modum inflexisse dicitur: vt iuuenis iracundiā temperarit. Hui⁹ autē hec fuit sentētia. Tria sunt (inquit) in tota rerum varietate scz affluentie mobilis contempt⁹: future felicitat⁹ apertius: ⁊ mentis illustratio. Quoz primo nihil honestius: scdo nihil efficacius Tercio nihil de amboz̄ adeptione compendiosa efficacius. Descripsitq; deus Deus est spera cuius centrum est vbiq; ⁊ circūferentia nusq̄. Arbitratus denicq; animas immortales se incendijs dedit.

Sapbo poetissa

Sapbo lesbia ex Mitilena vrbe oriunda altera pōetrix. hac etiā temp estate inclita fuit: honestis ⁊ claris parentibus orta: Adeo generose fuit mētis vt etate florens ⁊ forma: non contenta solum litteras iungere plurimas sed amplioris feruore animi ingenijq; suasa viuacitate conscenso studio vigili p̄ abrupta parnasi vertice celso se felici ausu musis non renuentibus immiscuit: quid multa eo studio deuenit vt vsq; in hodiernum clarissimum suum carmen testimonio veterum lucens sit. modulos lyricos expromere non dubitauit. Et ꝓterea illi erecta fuit statua enea ⁊ suo dicata nomini. Et ipsa inter poetas celebres numerata. Ei⁹ tamen opera maiorum negligentia amissa sunt.

Zeusis heracleotes et Parrasius pictores

Zeusis heracleotes maximus pictor ⁊ ipe etate hac (vt Eusebius habet) inclitus fuit. Qui plinio teste lib. 35. naturalis historie: penicul⁹ ad magnam gloriam perduxit. Opesq; tantas acquisiuit vt instituerit donare opera sua: eo q̄ nullo precio satis digno pmutari posse diceret. Pinxit autem vt idem Plinius ait. puerum vuas ferentē ad quas aduolarēt aues: processit iratus operi: ⁊ dixit. vuas melius pinxi q̄ puer. Nam et si hunc consūmasses aues ipse timuissent. Idem etiam scōm Quintilianum vmbrarum inuentor perhibetur. Parrasius quoq; hac etate summus pictor cum predicto Zeusidem in certamen descēdit. Et cum zeusis detulisset vuas tanto decore pictas vt aues aduolarent. ipe lintheum auibus pictum detulisse traditur. Ita veritatem representantis vt zeusis alium iudicium efflagitaret. Sed tandē remoto lintheo et ostensa pictura atq; errore intellecto palmam ingenuo pudore concesserit parrasio: quoniam ipe aues fefellisset.

Tholosa prouincie Gallie transalpine vrbs. a quodam Tholoso troyano iacta sunt eius fundamenta Quam cum romani cepissent illuc colonias deduxere. Et amphiteatro capitolio aliisq; edificiis e quibus aliqua adhuc extant ornatam reddiderunt. Hec narbonensi ciuitati ab Enee socijs condite finitima est: et in aquitania haud longe a Tolosatibus populis in qua paulus discipulus Sancti Pauli miraculis quiescat in pace. Metropolis ciuitas est. cuiq; Iohannes. xxij. pontifex Archiepiscopatum primo cōcessit. Atq; ex eius castellis in ciuitate sex erexit. Et eidē Archiepiscopatu subiecit: vt haberet Tolosan⁹ archiepiscopus: quibus cum dignitate preesset Francorum regi subdita: qui in ea bonarū litterarū gymnasium etiam constituit. In ea corpus sancti Saturnini aliquorum apostolorum reliquie summo venerā tur honore. Is eiusdem vrbis primus episcopus a paganis tentus atq; e summa capitolij arce p oēs gradus precipitatus capite collisso excussoq; cerebro et oīi corpe dilaniato digna ibi xpo exalauit animā.

Turo quoq; gallie prouincie metropolis ciuitas a bruto brittanorum rege condita est. Quā a turno eius nepote ibidem a Gualfredo aquitanorum duce in prelio interfecto Turonē nominauit ea siquidem celebris nunc ciuitas est: ligeri enim fluuio abluitur. Qui Bituriges ab hedius diuidit: et ab occeano sursum nauigationem habet. A qua non paruam cōmoditatē ciuitas ipsa percipit: hic quippe cum Archiepiscopalis sedes existat: vndecim suffraganeos continet. Quit pro maiori parte in Celtica sunt: et ex maiori parte in Brittanie citerioris ducatu nomen retinens In francorum regno sita est. Ipsa cum multarum rerum opulentissima sit habita: etiam non ignobiles continet edes. Habuit hecīpa ciuitas plurimos celebres viros omni virtute et sanctitate insignitos. Inter quos diuus Martinus eiusdem episcopus sanctissimus fuit. qui tante sanctitatis extitit pontifex vt trium mortuorum meruerit esse suscitator. Atq; alium nomīe perpetuum habuit episcopum admirande sanctitatis virum.

Tolosa

Mediolanum

Mediolanū ciuitas potētissima apud insubres totī⁹ Cisalpine gallie metropol' z vrbiū ceteraz ma/ter Originē habuit: quā Liui⁹ patauin⁹ z Trog⁹ pompey⁹ narrāt a gallis qui duce Brēno in yta liam ascēderāt populisq; loca incolētes in quib⁹ est edificata Insubres appellabāt impante assue-ro persarū rege a gallis senonēsib⁹ nō cōdita vt multi astruere: sed aucta z instaurata fuit. Eā tñ Josue he-breoz iudicis tpe aliq̄ pmo conditā fuisse dicūt. Et tpibus troyanoz clarissimā fuisse. Cū Sicambri germa me ppli a sicambria pami sozore dicti tpe Sampsonis occupati germanie, puincijs Mediolanū versus bo stili anio acieq; dirigētes Julū insubrū regē obuiū habuerūt. Cū quo pace cōfecta federa peussere vt vn⁹ po pul⁹ z vnū efficerēt regnū: fuit tamē vsq; ad Brennū ducē haud ciuitas mag̃. Ei⁹ aduentū mirūmodus aucta z instaurata. Cū antea Subria z Mesopia tē. dicta fuerit. Mediolanū qđ mltoz animū circūdata ap pellata ē. Scribit Liui⁹ exercitū romanū tūc pmū vltra paduz fuisse ductū: z gallos insubres aliquot plis supatos in deditioz tūc primū venisse qđ quidē ad annos rome vrbis cōdite. cccc lx. fuisse videt. Claudius marcell⁹ deinde boios z insubres gallos subegit z triūphauit. Post quē triumphū vrbs Mediolanēs p an nos ferme quīgētos pacatissima altera roma cognomīata: adeo florēs fuit. vt illā pncipes romani (quo ad occupatiōes licuit) inhabitauerint. Nerua trayan⁹ Adrian⁹ maximian⁹ philipp⁹ tē. Emporū certe toti⁹ longobardie fuit: z agrū vniuersuz in oi bonitate feracissimū habet. Eam hercule⁹ maximian⁹ menib⁹ or-nauit: murū scōm adiecit z vrbē ampliauit. Et ex suo noīe herculeā appellauit: in honorē herculis phanum struxit: qđ nūc diuo laurētio extat dedicatū. Post tā diuturnā felicitatē primas habuit molestias beato Am brosio adhuc supstite Arrianis infestantib⁹. Paulo post attila ytaliā ingressus Mediolanū diruit: Instau rataq; parū quicuit: a longobardis ea vrbs maxis molestijs agitata est. Illis a karolo magno domit⁹ p an nos sexagita z trecētos floruit: quousq; Frideric⁹ barbarussō impator eā solo eq̄uit. Deinde Mediolanēses a parmēsib⁹ z placētinis adiuti: tanto patriā reedificauerūt anioz ardore: vt intra triennū. ditioz. potētioz frequētioz̃q; solito facta videret. Inde mirabile habuit incremētuz Mediolanū cū physico nāli situ suo ab incedijs caumatū z frigoz rigorib⁹ eq̄liter abesse. Alexāder q̄nt⁹ noīe sumn⁹ pontifex scribit z ꝓterea lo-cum toti⁹ orbis tēperatissimū aeremq; serenissimū z aquarū in puteis z fontib⁹ salubritatē obtinere. Quā tamē lac⁹ pulcherrimi decē z septē: z sexagita q̄tioz flumīa terre supficiē irrigātia in illi⁹ agro repiant. Do-ro ciuitas hec quātū temploz magnitudīe: regaliū domoz amplitudīe: clarissimoz edifiū nobilitate: z vicoz pbitate: necnō z oīm artiū bonitate floruerit nr̄aq; etate floreat: tū potētissimoz dñoz ducali maiestati ob-sequētiū: tū vtriusq; sex⁹ cōtubernīū religiosoz inhabitantiū. Ac caterua hui⁹ vrbis equestris ordinis vi-roz̃ ac doctoz necnō z armoz z pannoz z oīmfariā vestimētoz fabrica z mercatura declarant. Dicit p̄scri⁹ ptus pōtifex Barnabā pauli cōdiscipulū pmū fuisse mediolanēs eccie epm. Cui paulo post successerit Be a tus Ambrosi⁹ doctor eccie celeberrim⁹. A q̄ sctūs Aureli⁹ augustin⁹ doctor z ipe excellētissim⁹ in ipo Me/diolano ad fidem xpi conuersus est: duces postremo castrū supbissimū in ea z hospitale celeberrimum cum templo beate Marie virgini dicatū edificauerūt. Ac alijs q̄ plurimis exornarūt.

Monarchia regū persarū

Xerses

Sogdianus

Darius notus

Assuerus

Ochus

Arsanus vel argus

Darius

XErses ei⁹ nomis scōus: Octau⁹ psarum rex regū
uit duob⁹ tm mensib⁹: p⁹ quē Sogdian⁹ nonus
regnauit mēsib⁹. 7. de quib⁹ ob tpis breuitatē nil me
morie dignum habem⁹.

ILle iesus filiꝰ syrach nationē hebreꝰ: librū q̄ eccliasticꝰ dicit edidit. quē hebrei panaretbos vocāt a pan
qđ est totū. z retbon qđ est virt⁹: quasi totꝰ virtuosus
In quo de oi virtute tam theologica q̄z politica pul
cherrime tractat. Quez ideo ecclesiasticū noiauit: Eo
q⁹ de moribꝰ totꝰ ecclesiastice disapline religioseq̄z cō
uersationis magnā curā habere visus fuerit.

HErodotꝰ grecꝰ bystorie⁹ omib⁹ grecis p̄ferendꝰ
ea tēpestate bystoriaz libros edidit. q̄s cū athe
nis in cōcilio legisset plīmū bonorat⁹ est qui vt Qui
tilian⁹ ait. Eulas z cādid⁹. Plini⁹ li. 12. nālis bysto
rie dicit cū scripsisse bystoriā.

OArius cognomēto notꝰ decim⁹ psarū rex: regna
uit ānis. 29. Hic inito impio ꝓtra Atheniēses grauis
sima mouit bella. Ideo quesi in fugā nec deinceps q̄
sis occurrere sunt ausi: Eꝰ regni anno decimo egiptꝰ

SOphocles atheniēsis poe/ ta tragicꝰ. Quē cicero ob ingenij magnitudinē
diuinū poetā appellauit. Is vltimis vite sue diebus
tragediā in certamie ad iudicū peritoz miserat: z in
tellexerat q⁹ victor esset. p̄ gaudio expirauit.

ARtaxerses eiꝰ nois scōus cognomēto Memnō
quē hebrei Assuerū noiant vndecim⁹ psarū rex
regnauit ānis. 40. Darij filiꝰ potētissim⁹ sup oīs q̄
an eum fuerūt. Cui⁹ regnū ab india vsq̄z Ethiopiā su
per. c xxvij. puincias fuit. Tercio regni sui āno grāde
cōuiuiū p̄parauit z subiectos magnifice pauit in tab
naculo mirabili. Reginā vasti cū venire recusasset eaz
abiecit. Et honorē hester p̄buit: z in locuz eiꝰ p regi

ARtaxerses tertiꝰ qui z ochꝰ Assue na habuit.
ni ex Hester filiꝰ duodecim⁹ psarus rex regnauit
annis. 26. vir certe seuus atz imanis vt suis facinori/
bus eternā sibi apd̄ psas cōparet memoriā. Hic nec/
tanabo egipti rege i ethiopiā pulso ad suū reuocauit
regnū. Hic suoz cōiuratio evenit⁹: cognatoz cede: pri
cipūq̄z strage: totā impleuit regiaz: nullo sanguis aut
sexus etatisue habito respectu. veritamē diuinā non
euasit vltionē. Quia a suis obtruncatꝰ fuit.

ARsanꝰ ochi regis filiꝰ. ij. psarū rex regnauit an
nis. 4. Genuit aūt filios multos de quib⁹ hero
dotꝰ memit: de eo aūt nil memorie dignū habet. Ja-
dus vero sextꝰ iudeoz pontifex hoc ipo āno in de moz
tui iobānis pōtifi/ pris pōtificatu succedēs. sedit an
nis. 50. vir certe bonus. z pacis amatoz.

DArmenides pbus atheniēsis cōsortia hoim fu-
giens in rupe caucasi montis consedit. Et logicaz
primus inuenit. Hic zenonis p̄ceptoz extitit.

OArꝰ Arsani p̄dicti regis filiꝰ vltimꝰ psarum rex z
ipe primo anno regni Alexandri psarū regnū acci
piens regnauit ānis. 6. Hic cū potentissimꝰ essz: ne regie
maiestatis honoz deesset: bellū cū Alexandro magno va
ria fortuna gessit. Tandez ab eo victꝰ z superatꝰ: z a co/
gnatis turpiter occisus. vitā pariter cū psaz reg̃ finiuit.

DElissus pbus ex Samo insula originē ducēs. Parmenidis auditoz: quez
Aristoteles psepe nomiat: magna virtutis sue documenta edidit.

BRenus Senonēsiū gallozū dux. Honuchri anglozū regis filius. ij. assue
ri psarū regis anno cū exercitu trecētoz miliū Gallozuz relicto ꝓprio solo
ytaliam venit. Et expulsis veteribꝰ tuscis: eozūq̄z vrbib⁹ occupatis multarū vr
biū (policrate ac iustino testib⁹) fundamēta iecit. vt mox dicetur.

Jesus filius sirach

Herodotus

Sophocles

Parmenides

Melissus

Hippocrates medic⁹

HIppocrates filius Eraclidis vt Galienus primo regis acutorum (licet quidam scribāt asclepij) filij: et pitagore discipul⁹: oim medicorū pnceps: in insula Choo genitus p hoc tps clarissimus habitus est. Hic medicinā longo tempore pditam reuocauit in lucem. que quingētis annis post esculapij mortē latuerat. Is voluptates omnes admodum detestabatur: discipulos suos vt diu⁹ Hieronimus scribit iuramento astrinxit vt silentium seruarēt: vt mansuetudinē in habitu moribusq; ostenderēt: fuit (vt ferunt) corpe paruus pulcher forma: grandi capitis. tardiq; motus multe cogitationis. tarde locutionis: t modici cibi. Vixit autē annis nonagintaquinq;. Cui⁹ hec fuit pulcherrima sentētia. Qui vult liber esse: non cupiat quod habere non potest. Qui vult habere qđ cupit: cupiat qđ habere potest. Qui vult in hac vita pacifice viuere: similis fiat illi qui ad conuiuium inuitatur. Qui de oīi appositio gratias agit: et de defectu rerum nō murmurat.

Zeno philosoph⁹

ZEno philosophus actiensis ex cypro greca ciuitate fenicibus frequenter accolis. Fuitq; napsei (siue vt alij dicunt demei) filius. Appolonius autem Tyrius dixit eum gracili corpe fuisse: statu procero t atra cute. Vnde illū Chrysippus palmitē egiptium vocabat. Crura habuit turgida t imbecilla atq; infirma: ob quod teste pseo multas cenas declinauit. Vescebatur libēter ficub⁹ recētibus t ad solē passis: auditor fuit cratis. Stilpionē etiam t xenocratē decennio audiuit: fuitq; vna cum Cytheo philosopho stoyce secte auctor: quorū sentētia fuit. Id summū bonum qđ honestum est. Nihil deest ad recte viuendū ei in quo virtus est. Tanto in honore apud athenienses habitus est: vt apud eum claues vrbis deponerētur. Ornaruntq; ipm aurea corona t imagine erea: hoc ipm t sui ciues fecere. Habuit auditores eximios: inter quos antigonus cum ibat athenas ei⁹ erat auditor: cui t aliquando epistolam scripsit. Hic adolescētulo cuidam inepta multa loquēti ait. Ideo duas habemus aures: os autē vnum: vt scilicet multa audiamus: t pauca loquamur. Nonagesimo etatis sue anno decessit incolumis integer ac sine morbo.

Socrates phus

SOcrates atheniēsis philosoph⁹ clarissim⁹ ex pago alopecēn filius sophronisci marmorarij: t phanerete obstetricis filius. Fuitq; vt quidam ferunt Anaxagore primum auditor: postea Archelai cui in scola successit magisterioq; Platonis t primus ethice inuentor his temporibus floruit: philosophiam em vt Litero scribit euocauit e celo t in vrbib⁹ collocauit: demosq; introduxit. t coegit de vita t moribus rebusq; bonis t malis q̄rere. Quā obre vt scribit Solin⁹ non solum consensu hominum verūetiam appollinis oraculo fuit sapiētissimus iudicatus. Fuitq; orator promptus t acer: et primus teste fauorino cum Eschino discipulo oratorie artis campos aperuit. Qui ad acquirēdam sapiētiam vsq; ad senectutē vltimas terre regiones plustrauit t licet sapiētissimus esset: se tamē nihil scire reputauit. Vnde sepe illud dicebat vt hieronim⁹ ad paulinū ait. Hoc vnū scio qđ nescio. Fuit insup socrates mirabilis castitate. iusticia: aliisq; virtutibus: in cuius quidem sigillo (vt dicitur) sic scriptum erat. Amic⁹ hominis est sapiētia eius. Inimicus vero homis est stultitia eius: horum quippe multe fuere sentētie. quarum hec pciosissima cēsetur. Age sic alienum vt tuum non obliuiscaris negotium et qualis vis videri talis esto: Deum accusatus q; deriderat quercum: canes t hircos esse deos: quos atheniēses colebant. Tandē veneni poculo defunct⁹ est. Post mortē eius atheniēses penitētia ducti: imaginem auream pro eius memoria in templo collocarunt.

Ysocrates orator grec⁹

ISocrates natione grecus orator clarissim⁹: Gorgie auditor multor phor p ceptor eximi⁹: vt Macrobi⁹ attestat. Hic teste quintiliano in diuerso dicēdi genere mitid⁹ fuit t compt⁹: t palestre magis q̄ pugne accomodat⁹. oēs dicēdi veneres lectat⁹: inuētione facilis t honesti studiosus. Ac in cōpositione adeo diligēs vt cura ei⁹ reprehēdat. Hui⁹ orationes et opa extant ac aliqua traducta sunt: que maxia voluptate legunt. Edidit quoq; libellū exhortatorū in quo hec ponit sentētia. Talis fias parētib⁹: quales erga te natos fieri poptas. Seria magis verborum q̄ rerum deposita. Vixit annis. 94.

Thucydides bystoricus

THucydides grecus bystoricus t quidē grauissim⁹ hoc etiam tpe teste Eusebio cognoscit. Et teste quintiliano: est densus t breuis ac semp sibi instans: quem Thucydidem laurentius vallensis postea et herodotum latine loqui docuit. quorū opera nūc in precio habentur.

Xenophon pbus

Archita tarentinus

Plato pbus

Antistenes

Speusippus

Xenophon pbus et dux exercitus Athenienſium inſignis Grylli athenienſis filius: homo verecundus ⁊ ſpecioſus vltraq; dici poſſit. moratuſq; probus et omnibus gratus. Fuit ſocratis diſcipulus ⁊ platonis emulus. Quia xenophon inclito illi operi platonis quod de optimo ſtatu reipublice cuit tantiſq; adminiſtrande ſcripſerat. lectis ex eo duobus libris: qui primi ad lucē venerant ſe oppoſuit. et cōtra multa ſcripſit. Quo audito valde permotū fuiſſe platonem ferunt. Hic primus ex his que a ſocrate dicebātur notis excepit et in publicum edidit cōmentaria ſcribens. Et primus omnium pboz ſcripſit hyſtoriam. Fuit etiaz dux ſtrenuus. et qui ex vltimis babilonie finibus exercitū reduxit aſperis et difficilimis itineribus p infeſtiſſimas gentes ac barbaras incoluniē in patriam conduxit. Vixit autem annis. 89.

Archita tarentinus fuit Ameſagore (ſiue vt Ariſtoxenus ait) Eſtei filius pbilozophus pytagoricus his temporibus nobiliſſimus. et in omni virtutis genere maxime admirationi habitus. Hic platonem pbm cum a Dyonyſio neca-dus eſſet per epiſtolaz eripuit. Multaq; compoſuit ex quibus hanc precipuā ſententiam habemus. Nulla peſtis capitalioz eſt q; voluptas corporis. Cuius auide libidines temere et effrenate ad potiendum incitantur. Hinc patrie proditiones. hinc rerumpublicarum euerſiones. Nullū denicq; ſcelus: nullum facinus eſt ad quod ſuſcipiendū non libido voluptatis impellat.

Plato philozophus nominatiſſimus p hoc tempus Euſebio referēte omnium pboz clariſſimus fuit. Ariſtone patre: et matre perictonia ſiue (vt alij dicunt) petona. Athenis ſimili die natus quo apud delon appollo: vt retulit appollodozus. Pater a Solone certiſſimuz duxit genus: Similiter ariſto illi⁹ pater ad Codrū melanthi filiū refertur. Habuit fratres plato Adimantem ⁊ Glauconem Et ſozozem petonam de qua Speuſippus pbus ortū duxit. Litteras didicit apd dyoniſiū grāmaticū: ſed in palcſtra apud ariſtonē exercitatus. Primū namq; picture ſtuduit: poemata edidit ⁊ tragedias. Et plato pro egregio corporis habitu cognominat⁹ cum pri⁹ Ariſtocles ex aui paterni nomine diceretur. Vicēnis audiuit Socratem illo mortuo audiuit Cratbylū ⁊ bermogenē. Annoz. 29. megaram ad euclidem ſe contulit. Hinc Cyrenē profect⁹ theodorū audiuit: Poſtea in egiptū pfect⁹ pbetas ſacerdoteſq; audiuit vbi comitē babuit euripidem tragicum. Regreſſus athenas in achademia morabatur. Terq; in ſiciliam nauigauit vbi cum mortis periculū euaſiſſet venditus eſt. Interrogat⁹ aliquādo in quo ſapientiam quis adipiſci poſſet. Reſpondit in non expectādo que euenire nō poſſunt: nec de ptentis recordari. Obijt denicq; plato in conuiuio diſcumbens anno etatis ſue. 81.

Antiſthenes athenienſis pbus. Hic in initio Gorgiam audiuit oratorem: deinde Socrati ſeſe addixit. Et cum habitaret in pyreo: quotidie quadraginta ſtadijs emenſus audiebat ſocratem. A quo tollerantiam addiſcēs tranquillitatiſq; illius imitator effectus. Cynicam prior ſectaz inchoauit: princepſq; in ea fuit. Platonem inſimulabat faſtu turgidum. Et cum audiſſet aliquando platonē ſibi maledicere. Regum eſt inquit male audire cū benefeceris. Libros multos ⁊ diuerſarum rerū ſcripſit. De eo Hieronymus cōtra louinianū ſcribit. q; cū rbetoricam glorioſe doceret audiēs ſocratem diſcipulis dixit. Abite ⁊ magiſtrū vobiſ querite: quia ego mihi reperi. Cuius ſententia pulchra fuit: in ſcientia eſt multa diſcere: et qō ſcitis eſt neſcire.

Speuſippus athenienſis pbus Eurimedontis filius. platonis ex ſoroze nepos: octo annos ſcole platonice magiſter fuit. Iraſcebat facile: ⁊ voluptati dederat manus. Epicuree enim ſecte manuz dedit. Unde diogenes pbus eum dure redarguit: deinde cum paralyſi ſolueref: orauit xenocratem vt ſibi in docēdo ſuccederet. Plutarcus ſcripſit illum pediculis efferuieſcēt⁹ interiſſe. fuit corpore gracili teſte Thimotheo. Reliquit plura cōmentaria ⁊ dyalogos. Eius libros ariſtoteles tribus talentis emit teſte fauorino. Ad hunc ſimonides ſcripſit hyſtorias. Primus inuenit quo pacto ex gracilioribus lignis fierēt vaſa capacia.

Papia Cisalpine gallie vrbs Ticini nomine vetustior. Quā plin⁹ velle videtur fuisse conditā a populis leuijs et maricis qui fuerūt transalpini. Teste vero paulo longobardo hystorico Assueri persarum regis tempibus a gallis Senonensib⁹ ei⁹ fundamēta iacta sunt. Ceruz longe ante insubres gallı vicatim locū inhabitauere. Hec in marginib⁹ Ticini flumīs ex verbano lacu quē nunc maiorē dicunt effluentis: qui lapideo ponte pulcherrimo trabicit. Et a Ticino flumīe Ticinū appellat vbi insignis scipionis de hannibale victoria extitit. Eam vrbē situ t aeris salubritate amenissimā reges Ostrogothoz t polano magnitudine facie. antiqtate. ac dignitate diu contēdit. Cerū nūc mediolanū plurimū excellit: Ambe tamē t nūc t olim clare illustresqz fuere. Eam ciuitatē atbila rex hunoz direptam vastauit: et cū paulo post instaurata esset Odoacer Eruloz rex Orestē patriciū Augustuli nupz genitorē in eo obsessum victz captū interfecit. Ticinūqz vrbs crudeliter ab eo direpta atqz vastata est: vbi tunc ccdes maxima fuit ciuū romanoz quātū nūquā alibi post romani imperij inclinationē cōmissa fuerat. Rudolfo aūt burgundo ytalie regnum occupante: p septimi Stephani pontificis tempa vngari salado duce ytaliā ingressi papiā obsessam captā/ qz ferro ignicqz vastarūt. Interea Agapit⁹ pontifex roman⁹ ytaliecz pceres t populi berengarij t alberti fi lij tyrannidē exosi. Ottonē primū ex germania in ytaliā vocauerūt: tumqz ytalia a malis que diu fuerat pessa respirare cepit. Perthart longobardoz rex monasterū sancte Agathe et theadolinda regina ecclesiā Sancte Marie ad pticas in ea ciuitate cōstruxerūt. Et Luithprand⁹ lōgobardoz rex ossa beati Augustini ex Sardinia papiā vbi veneratissime seruāt deferri curauit. et sepulchz ex cādidissimo marmore mira celeritate structū est: aspectu pulcherrimū. Idemqz rex monasterū beati Petri cellula aurea appellatū: et apō lonam vbi curiam sepe reges tenuerūt monasterū sancti Anastasij martyris edificauit: Gondiberta regina ecclesiam sancti Johānis baptiste. Et petrus epūs linthprandi regis cōsanguine⁹ eccīaz sancti Sauini pie construxerūt. Ei⁹ postea exornande vrbis p ceteris Johānes galeatius maria viccomes prim⁹ Medio lanensium dux multam adhibuit diligentiā. Nā post multa ibidē accuratissime fabrefacta castellū magnificentissimū regio apparatu cū amplissima biblioteca struxit. Et iuxta castellū ingentem lucū muris cinxit: in quo ferarum viuaria et pulcherrimas venatiōes cōstituit. In cui⁹ medio supbissimū monasterium ordinis carthusiensiū cū eius sepulchro ingenti impēsa fabrefecit. Luci ipius ambit⁹ est centū t viginti cubitorum Habet nūc papia in gymnasijs multos iurium ciuilis t pontificij ac phie et medicine scientia claros. Secutus aūt multos preclaros viros sed qui sanctitate et disciplinis pcipue excelluerūt Syr⁹ ei⁹ vrbis epūs doctrina t scitate laudatissim⁹. Enodi⁹ poeta eloquētissim⁹. Habuit et Antoniū Guaynerū medicū sua etate celeberrimū q in curis medicinalib⁹ multa cōposuit. Et cattonē saccū. Silanū nigrū et alios.

Papia

Hermes

Apuleius

Plotinus pbus

Biogenes

Philipp⁹ rex macedonū

Hermes egiptius qui a nostris dicit Mercurius pbus: platonis olim discipulus hoc tempore clarus habetur. Qui et si homo fuit antiquissim⁹ tamen et instructissimus in omni genere doctrine: Adeo vt ei multarum rerum et artium scientia trimegesto: hoc est ter maximo cognomen imponerent. Scripsitq; libros multos ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes: qui ad huc apud grecos extant. Qui inter cetera de verbo perfecto librum edidit et dixit vt patet. 8. de ciuitate dei. Deos gentilium fuisse homines mortuos.

Apuleius apher madaurensis platonis etiam discipulus hisdem temporibus claruit. Et ibidem libros multos edidit: in eo enim summe eruditioni precipua lingue copia ⁊ gratia coniuncta fuit. Scripsit enim libros de Asino aureo Metamorphosin quam grecanicam fabulam appellant. Libellos quatuor floridorum de deo socratis. Librū de mūdo ⁊c. Cuius hec fuit sentētia. Nihil est deo similius q̄ vir animo perfecte bonus.

Plotinus pbus platonis quoq; discipulus ⁊ porphirij p̄ceptor p hoc idē tempus floruit. Qui ad omnia virtutis ornamenta compositus: omniū etiam diuinarum dispositionum studio firmatus fuit: iustus: fortis: temperatus ⁊ prudēs extitit. Qui prudentie ratione se superare posse crederet fortune impetus. Itaq; locum quietis sedis elegit vt ab omni cōuersationis humane strepitu seperatus se fortune inuidia liberaret. Nulla quoq; illum desideria cepe runt. Et ꝓpterea librum de virtutibus pulcherrimum edidit: dixitq; animam rationalem: quā in celestibus habitare sedibus non dubitabat: non habere sup̄ naturam nisi deum: qui sicut Sol lunaz illuminat ita ⁊ deus animam illustrat.

Diogenes magnus pbus fuit (teste diocle) Sinopeus Icesij mensarij filius. Is patriam relinquens Athenas venit ibi Antistenem compert: q̄ apprime oīes voluptates a se abdicauerat. Pallium p̄mus duplex habuit ꝓpter frigus et peram in qua cibos ferebat. Cum scripsisset cuidā vt sibi cellam pararet: faciente id illo tardius: dolium p domo habuit. Tempore frigoris os dolij ad meridiem vertebat: Estate ad septentrionem: estate in feruida arena se volutabat: Hieme cooptas nunc statuas amplectabat. Idem cum vidisset puerum concaua manu bibentem: abiecit vile vas quod habebat dicens: puer me vincit simplicitate superauit. Dicebat omnia esse deorum: et sapientes deorum amicos: huic ad solem sedenti cum diceret Alexander. Pete quid vis: ait noli mihi umbrā facere: Et fama fuit alexandrum dixisse se velle esse Diogenem nisi esset Alexander Ferunt quidem dialogos illum fecisse et tragedias septem ⁊ alia pauca: cuius sententia extitit. Si quis bonum cum amore dederit tibi consiliū: presta illi cū amore obedientiam. Obijt deinde temporibus ptolomei philadelphi.

Philippus p̄dice regis filius vigesimustertius Macedonum rex. regnauit annis. 27. Vir vtiq; bellator qui sua virtute Armenie bithinie Tracieq; ac Thessalie regna simul obtinuit. Fuit autez bland⁹ alloquio: malens amari q̄ timeri sed ⁊ moribus grauis: vini nimis cupid⁹: sed ebrietate digesta in suis actibus moderatus. Cumq; p imperij sui finibus tuendis procul exīsset Nectanabo olim egipti rex in mathematica peritissimus qui ad eum timore regis persarum confugerat: videns olimpiadem philippi coniugez pulcherrimā: ea arte magica deludens compressit qua nocte eum mater olimpias concepit visa p quietē est cū ingenti serpente volutari que ex eo concipiēs. post reditum Philippi alexandrum peperit filium. Quē Philippus rex (licet mater eius olimpias cōfessa viro suo Philippo fuerat alexandrum non ex eo sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse) veluti tamen filium educauit charissimum. Nato autem alexāndro Aristotili scripsit. S. filiū mihi genitum scito quo dijs grās ago non tam p inde q̄ natus sit q̄ p eo q̄ nasci contigit tempibus vite tue: Spero vt abs te cruditus dignus fiat: Quē postea aristoteles disciplinādum assumpsit et p quique mium sub eo pbo creuit: qui postea Bucephalū equum indomitum mansuetū fecit ⁊ intrepidus equitauit. Quē cum Philippus conspexisset dixit se ex deoz responsis cognoscere q̄ post eum regnaturus esset. Unde ⁊ currum regium ⁊ eqs ctorie coronam cum gaudio patris reportauit. Accepto deinde imperio regem se terrarum omniū ac mundi appellari iussit.

Alexander magnus quartus ⁊ vigesim⁹ macedonum rex vltimo Arsani persarū regis anno macedonibus regnare cepit Et regnauit annis. 12. et mensib⁹. 6. viginti ꝙpe erat annorum cum regnare cepisset. Philippo igitur rege vita functo Alexander mox illiriam (quam nūc Sclauoniā dicimus) ardenti animo subegit. Et romanorum insulas obtinuit: statimq; cum in Aphricam transfretasset eam totā superauit. Deinde Syriaz rebellantē ingressus ea depopulata Damascum expugnauit: Sydonem subegit. Inde hierusalem versus ꝓperās ibi iudeorum pontificem veneratus vrbem est ingressus: iudeis immunitates concessit: interim cia quoq; multas gentes rebellantes compescuit: oriētis nōnullas seditiones extinxit. Quibus rebus erectus tacito gradu in greciam contendit. Inchoatū deinde a patre persicum bellū aggreditur in cuius apparatu occupato: nuncia tur athenienses Thebanos ⁊ Lacedemonios ab eo ad persas defeciss̄e. Quibus motibus occursurus tanta celeritate instructo paratoq; exercitu greciam oppressit: vt quem venire non senserant videre se vix crederent. Et athenienses sicuti ꝑmi defecerunt: ita primi penitere ceperunt ideoq; ab anaximene pho placatus immunitates pariter ⁊ pacem eisdē Atheniēsibus dedit. Thebas rebellantes mox incendit. Lacedemonios subiugauit. Egiptum quoq; intrauit in quo mirificam condidit ciuitatem quā ex suo nomīe vt infra patebit Alexandriam appellauit. Deinde cum in persidem ꝓcessisset et darius suam puericiam vilipēderet. Audita legatione matris Olimpiadis que grauiter infirmabatur Macedoniaz repetijt in quo reditu dum ex asya in minorē asiam p Hellespontum trāsceret phrigiaz supauit Macedoniam gueniens matrem conualescentē inuenit. Alexander igitur reintegrato exercitu. Cum omnes regiones circa euphratē suo adiecisset imperio ponte facto euphratē transiuit. et Persipolim appropinquauit. In qua darius persarum rex morabatur. In exercitu eius fuerre peditum triginta duo milia: equitum quatuor milia quingēti: naues centum. lxxxij. hac tam para manu vniuersum terrarum orbē vtrum sit admirabilius vicerit. An egredi ausus fuerit incertum est. Cum ad tam piculosum bellum exercitus legerit non iuuenes robustos: nec ꝓmo flore etatis sed veteranos plerosq; etiam emerite militie qui cum patre patruisq; militauerant elegit: vt non tam milites q̄ mgros militie electos putares. Ordines quoq; nemo nisi sexagenarius duxit: vt ꝓncipia castrorum quasi senatus reipublice videretur. Itaq; nemo in ꝑlio fugaz sed victoriam cogitauit. Contra rex persarū darius fiducia virtū nil astringere affirmās suis occulta cōsilia victorie furtiue cōuenire. In acie persarū sexcēta milia militū fuere. Que non min⁹ arte alexandri q̄ virtute macedonū superata terga verterunt. Post victoriam maior pars asye ad eū defecit. Deinde nūciatur Darū cū ingenti exercitu aduentare itaq; timēs angustias magna celeritate thaurū transcēdit: et ad Tarsum vrbē peruenit vbi infirmitate grauat⁹ quieuit. Interrea Darius cum trecentis milibus peditū ⁊ centuz milibus equitum in aciem ꝓcedit. Alexander cōualescēs exercitum in hostem duxit: post hec ꝑlium ingentibus animis committit. In eo vterq; rex vulneratur tamdiu certamen anceps fuit q̄ ad fugeret Darius. Exinde cedes persarum secuta est. Cesa sunt peditum septuaginta vnum milia: equitum decem milia: capta quadraginta milia. Ex macedonibus ceciderē pedestres. cxxx. equites. cl. in castris persarum multum auri ceteraruq; opum inuentum. Inter captiuos castroz mater ⁊ vxor eademq; soror ⁊ filie due Darij fuere Post hec opes darij diuiciarūq; apparatum contemplatus: admiratione tantarum rerum capit et tunc bersanez captiuam diligere ꝓpter forme pulchritudinem cepit. A qua postea susceptum puerum herculem vocauit. Darius cum babiloniam ꝓfugisset pro redimendis captiuis alexandro magnam pecuniam pollicet: qui non pecuniam sed regnū petit. Tum spe pacis amissa bellum Darius reparat quadringetis milibus peditum et centum milibus equitum obuiam vadit alexandro. post hec prelium committit. Macedones in ferrum cum contemptu totiēs a se victi hostis ruebant: econtra perse mori q̄ vinci ꝑ optabant. Raro enim vllo ꝑlio tantum sanguinis fusum est. Darius cuz vinci suos videret voluit mori ⁊ ipe: sed a ꝓximis fugere compulsus est. Hoc ꝑlio asye imperū rapuit: cuius tanta fuit felicitas vt post hec nemo rebellare etiam ausus fuit. Expugnat et ꝑsipolim caput persici regni

¶ Darius a cognatis suis captus in gratiaz victoris aureis compedibus vincitur: deinde multis vulneribus confossus interijt. Et sic ꝑsarum regnum finem accepit cum regnatum fuit ꝑ. 14 regibus annis. 254. Post hircaniam marchosq; subegit: ibi concurrit ei amazonum regina cum ccc. milibus mulieribus. Post hec indiaz petit vbi porrus rex capitur et regno indorum potitus est. Tandem cū in babyloniam redijsset multis diebus ocio deditus: accepto poculo medicinali potione repente veluti telo confixus ingemuit. p Cassandrum antipatris filium datur venenū Cuius tanta vis fuit vt non ere non ferro: nō testa continerē nec aliter ferri nisi in vngula equi potuerit. Quarto die indubitatam sentiēs mortem agnoscere se fatum maiorum suorū ait. Ad postremum corpus suum in hāmontis templo condi iubet. Cum quereret quem imperij faceret heredem respondit dignissimum. sexto die ꝑclusa voce exemptum digito annulum perduce tradidit. Recessit alexander: mense vno. āno tres et. xxx. natus. vir sup̄ humanam potentiaz animi magnitudine preditus.

Linea pontificuz

ITe Jadus sext⁹ iudeoz pontifex post moz tem Johānis pōtificis pōtificatu succedēs sedit annis. 30: vir certe bon⁹ t pacis amatoz. occurrit alexandro irato iudeis qui volebat vastare hierusalē indut⁹ pontificalib⁹ quē videns placat⁹ sbito descēdit de equo. dei nomē adorabat pōtificēq; venerat⁹ est. Demū cū intrasset ciuitatē oblata fuit sibi ꝓphia danielis q̄ de ipo erat. t cuz coram eo lecta fuisset valde gauisus est. Sumpsitq; maiorē inde fiduciā pugnādi cōtra darū. Et concessit iudeis libertatē suis legib⁹ vtēdi. et q̄ septimus ann⁹ esset absq; tributo ꝓpter sabata terre.

ONias iadi pōtificis filius⁹ septim⁹ hebreoz pōtifex scdo anno regni ptolomei patri in pontificatu succedēs sedit annis. 17. Cuius dignitate leges apud iudeos custodiebant optime. Et ciuitas hierusalē in omni pace habitabat qua ꝓpter etiaz gentiū reges ipam ciuitatē et templū summo cum honoze habuerūt. et maxis munerib⁹ ornauerūt.

Linea Christi

Achym filius Jacob vtpz Mathei primo
Anno mūdi. 4909.

Syriaz regni principium

SYria Asie regio ab oriēte Eufrate fluuio. ab occidente mari mediterraneo t egipto terminatur a septentrione Armeniam et Capadociam habet. Et a meridie Arabicum sinum.

ITe Seleucus vn⁹ ex alexandri principib⁹ in syria post eū regnum obtinuit. Sed antigon⁹ ipm expulit. Quē ptolomeus post obitū Antigoni deuicto demetrio ei⁹ filio restituit. Is postea regnauit annis. 32. Cōtinuis aūt laboꝛib⁹ vsq; ad octogenarios annos semp bellū gessit. In q̄ pugnās tandē extinct⁹ est.

ANtigon⁹ philippi regis fili⁹ t alexandri frater post euz in asia regnare cepit. et regnauit annis. 18. Hic inter alexandri principes vn⁹ habebat. Vir certe superbissim⁹. ideo multa bella gessit. In quib⁹ tandē occubuit. Demetri⁹ ei⁹ fili⁹ fuga sibi salutem petiit.

SArabella pfect⁹ superstitiosum templū edificauit in mōte garizym vbi posuit Manassen fratrē iadi pontificē. q̄ erat genersu⁹. Et hic incipit Scisma iudeoz. qz multi adhesert ei q̄ ꝓphani vel excōmunicati dicti sūt Samaritani. qō scisma vsq; ad destructionē tēpli p romanos duraut.

Monarchia

Reges Syrie

ANthiochus Sother seleuci regis filius secūdus Syrie rex regnauit annis 19. ab isto reliqui Syrie reges antiochi cognominati sunt.

ALexandro magno in ipo etatis t victoriaru floze extincto, triste apud omnes totāq; babiloniam silencium fuit. et vltimam suā voluntatē in duoꝛ cim quos ab adolescētia comites habuerat amplissimi regni sui successoꝛes cōstituisset. Et isti duodecim quib⁹ regnum diuiserat cōcoꝛdare non possent. Infinita fere bella exoꝛta sunt. Postremo cum huiusmodi testamentaria partitio effectum soꝛtiri nequiuit contritis alijs. Hij quattuoꝛ viridi linea annotati iuxta ꝓphetiam danielis obtinuerunt regna. Ita vt Seleucus rex esset in syria. Ptolome⁹ lagi rex egipti. Philipp⁹ rex macedonum. Antigon⁹ ꝯo in assyria regnauit.

Demas pbus

DEmas philosophus athenienſis alexandri tempe claruit. Hic dum alexāder obtinere vellet ⁊ obſideret Athenas reſtitit: pſuadens athenieñ. vt non traderent ei ciuitatem. Tandē alexandro ciuitate obtenta demas ei adheſit alexandro exhibēs ſe familiarē. Herū athenieſibus alexandro ſacrificare volēibus: dixit. videte ne dum celū cuſtoditis terram āmittatis: huius demetis dictum fuit. Amico mutuā me erogante pecuniam: ipm et pecuniam perdam.

Quīntus curcius

QUintus Curcius pbus increpauit alexandrum eo q̄ ſibi optabat adhiberi diuinos honores. d. Si deus es largire nobis beneficia immortalitatis ⁊ nō auferas. Si homo ſemp id cogita aliis poſtpoſiti.

IN diebus quibus Alexander natus eſt: diris prodigiis romani territi fuerē. Nam ſol viſus eſt pugnaſſe cum luna. Saxa ſanguinē ſudauerunt: in die plures lune apparuerunt in celo. Nox vſq; ad plurimam diei partem tendi viſa eſt tunc et ſaxa de nubibus cecidere. et p ſeptem dies grando lapideis immixtis ⁊ teſtarum fragmentis terram latiſſime verberauit.

OLimpias mater alexandri occiditur: que mortem ſine omni pauore muliebri imperterrita ſuſcepit.

Philippus rex macedonū

Olimpias mr̄ alexandri

Nectabanus magus pater alexandri

NOn fit pſecutio de iſto Philippo et regno ſuo in ſacra ſcriptura. de regibus vero Egipti ⁊ Syrie fit pſecutio: quia iudeis quādoq; infeſti quandoq; fauorabiles fuerē reges ipi q̄ ideo euenit. quia reges iſti pene ſemp pugnabant cuz egiptijs iſrael autē in medio eorum iugiter affligebatur quocunq; ſe verteret. Et ptolomeus grauiter eos afflixit ideo diſpſi ſunt in nationib⁹.

Reges Egipti

Rtolome⁹ lagi q̄ ⁊ ſoter

Ptolome⁹ philadelph⁹

Hieronym⁹ vir sanctissim⁹ ac doctor celeberrim⁹ sancte romane ecclie cardinalis pb̄r nat⁹ pie eusebio oppido stridonis. qđ a gothis eversus dalmacie quōdā pānonieqz cōmūi fuit. Is toto or be doctrinis ac scia clarus apud bethleem ciuitatē palestine situs eā radiabat. quātū em̄ iste iuuent ecclias dei vita z scriptis: non attinet dicere cū z vita ei⁹ sctissima oīb⁹ pluceat. z scripta ei⁹ ita in p̄cio z in honore sint: vt nemo magis legat ab eruditis p̄sertim: fuit em̄ eloquētissim⁹ z diuersarū lārū peritiā z linguarū experientiā habuit: cū romanā adijt vb̄ī in q̄ lris grecis z latinis apprime eruditus p̄ byter q̄z cardinalis ibidē est ordinat⁹. Donatūqz grāmaticū z victorinū rhetorē p̄ceptores habuit. Gregoriū q̄z nazianzenū magistz suū fuisse testat vt sacrarū scpturaz studijs eū erudiret. Industriāqz ad hebreos arabicos caldeosqz clementioz apices habuit. inde pbatissimoz monachoz habitū imitat⁹ in syriam prexit. Ad deserta dei inde loca quadriēnio pme exacto ad bethleez oppidū remeauit vbi disertissima opuscula scripsit. Innumeris p̄terea libris apl̄oz ppbetarūqz cōstructionib⁹ editis īmobilē catholice ecclie turrim quā pfi doz tacula cōsūmauit. Danielē in caldaico stilo. Job iustū arabico plocutū in romanaz linguam mutauit. Matheū ex hebreo fecit romanū. Impossibile est de isto viro eiusqz districte vite z illi⁹ moribus retexere oīa. quadā die adue sperante cū beatus hieronym⁹ cū fribus ad lectionē audiendā sedisset: subito ingens leo tribus claudicans quarto suspēsus pede zenobij claustra ingressus est. q̄ viso frēs pterriti. ipse veluti aduētāti hospiti intrepid⁹ obuiauit. leo p̄i: lesi quā habebat pedis obtulit plantā vulneratā a sentib⁹. adhibita cura de lesionis ictu cōualuit. Inde cepit inter eos vltro citroqz q̄si domesticū aīal cōmorari. Tandē diu⁹ hieronym⁹ apō bethleē palestine tpib⁹ honorij z theodosij iunioris explet nonagīta z octo vite annis ad xp̄m migrauit.

Paula romana

Paula matrona romana mulier sane sctitate admirabilis: z diui hieronymi in xp̄o filia atqz discipula: hoc anno quo z sanct⁹ martin⁹ etatis sue. 56. sexto kal. februarij apud bethleem in pace dormiunt. Cui⁹ quidē dignitatē monasticāqz cōuersationē: desertionē patrie: z ad hierosolymā pfectionē. diuus ipse hieronym⁹ libello quodā: magnis effert laudib⁹. vbi etiā ei⁹ pegrinationē p̄ loca sancta būilitatēqz ac cōtinētiā pfusaz in paupes beneficētiā: incredibilē patiētiā: hospitalitatēqz ac fidē z aduersus hereticos pstantiā. z ad extremū eius felicē exitū. z in exequijs sanctoz cōcursum narrat. eo i libello ipsius filiā eustochium z virtutis heredē cōsolat. Eam denīqz paulā ab agamenone rege p̄dicto q troiā dicunt traxisse originē aiunt que tradita fuit viro clarissimo iulioz familia pcreato. In cuius tumulo tale inscripsit carmē. Respicis angustū precisa rupe sepulchrū. hospicium paule celestia regna tenentis tē.

Pelagi⁹ hereticus

Pelagi⁹ quidā monachus z heresiarcha pessim⁹ e roma i angliā pficiscēs insulā illā oēm execrabili infecit errore. p̄dicabat em̄ hoiem sine gr̄a dei saluari posse: z vnūquēqz suis meritis ppriaqz virtute ad iusticiam regi: Infantesqz p̄terea sine originali peccato nasci dicebat: nō io baptizari oportere vt a pctō liberarent. Cōtra quē diuus augustin⁹ cū ceteris p̄sbris viriliter se opponēs librū de baptismo paruuloz: z aliū librum cōscripsit. z sanctus hieronymus dialogū cōtra eū pscripsit.

Johānes crisostomus

Alexi⁹ romanus patricius cōfessor dignissimus atqz sanctissimus. xvj. kal. augusti rome i domo p̄ris sui noīe eufemiani senatoris incognitus sub gradu longa exercitatus patientia migrauit ad dn̄m. cuius exequijs miraculis plenis interfuere archadius z honorius imperatores. pro dño em̄ sponsaz elegātissimā deseruit.

Alexius

Johānes cognomēto crisostom⁹ cōstātinopolitanus ep̄s hoc tpe: postqz xp̄iane religioni verbo z exēplo atqz doctrina plurimū pfuisset. 6. kal. februarij in pace dormiuit. hic ppter veritatē z iusticiā defendēdā ab eudoxia z archadio ei⁹ filio mltas ptulit iurias: bīs iter bīs p̄ter sctitatē maxīaz elegātissios edidit libros z hmōes ac epl̄as

Cassianus

Cassian⁹ itē monach⁹ cōstātinopolitan⁹ vel scytha iohānis crisostomi diacon⁹: huc nāqz massiliā ex cōstātinopoli mittēs: duo ibidē mōasteria cōdidit: vbi multos vtriusqz sexus congregās monachos. inde multa edidit opuscula scz de monachoz habitu. Collationes patrū egypti cum eis qn̄qz habitās digessit. De distinctione monachi ac fine. De pugna carnis aduersus spīm. De tribus antiquis monachoz generibus. z quarto nūc exorto similiter pleraqz alia.

Concilium constantinopolitanū

Secunda synodus vniuersalis fuit cōstātinopolitana: centū quinquaginta patrū gratiani ⁊ theodosij principum ac damasi pape cyrillicq hierosolymitani atq nectarij alexandrini patriarche tpibus. cōtra macedoniū cōstantinopolitanus epm ⁊ eudoxiū qui negabant spīsanctū deū esse. Ethi oēs cōdēnata pfata hereſi: quatuor canones statuere. Iste em macedoni⁹ patriarchalē sedē furtiue ac tyrānice occupauit. quo depositō nectari⁹ a patrib⁹ electus fuit. postea deū vnū ⁊ viuificantē ⁊ deū spīsanctū. ⁊ pr̄i filioq cōsubstātialē declarantes simbolo addiderūt. pterea ꝺ appollinarē laodicie epm ⁊ sabellū blasphemos. ⁊ qui similia sentiebāt anathema ꝓtulerūt. Cū carne xp̄i increatā esse dicebant: sine aīa rōnabili atq intellectu humano ⁊ ī morte triduana diuinitatē cōmortuā fuisse asserebāt. In p̄dicta q̄s synodo theodosi⁹ impator resistens patrib⁹: hos psuasionib⁹ seduxit: vt (ignorāte sūmo pōtifice) cōstantinopolitanā sedē in p̄riarchatū sublimarūt qō postea semiarīū discordie fuit

Didimus alexandrin⁹ a teneris annis oculis captus. ⁊ ob id etiā primoꝝ litteraꝝ ignarus ita geometriā ⁊ dialeticā que magno vsu indigent tam grandis natu cum primis elementis didicit vt p̄clara quedam opera in mathematicis scripserit. In psalmis quoq ⁊ in euangeliū mathei ⁊ iohannis ⁊ contra arrianos multa edidit. Discebat em precibus studia ⁊ labore: cōtinuasq vigilias: vt qō alīs visus illi conferret auditus.

Radagasus rex gothoꝝ

Ingressus tum sub honorio impatore. italiā olim antiquoꝝ p̄tiūq hostium inter hec acta longe imanissim⁹ radagasus gothoꝝ rex ⁊ in totā repētino impetu inuadit italiā ferro ac flāma oīa vastabat. Hā fuisse in ei⁹ populo plusq ducenta milia gothoꝝ ferūt. Hic supra bane incredibilē multitudinē indomitamq virutē barbarus erat ⁊ scytha: qui oēm humani generis sanguinē dīs suis p̄ri nare devoverat. Inuadit illico romam pauor infinitus: fit olim paganoꝝ in vrbe cōcursus declamat a cunctis. sed hec ideo ꝓpter qō neglecta fuerūt magnoꝝ sacra deoꝝ: fere in tota vrbe blasphemie ad nome xp̄i tanq lues aliqua ꝓbris ingrauant. Conducunt a romanis aduersus eū duo pagani duces: gothoꝝ sarus ⁊ viridunus bunoꝝ contritus diuinitus radagasus in aspero fesulani montis iugo quo cū fame ⁊ siti cōficerent. Rex solus spem fuge sumens: captus a romanis in vincula conīcit: ac paulisper retentus vita priuat. Tanta vero multitudo captiuoꝝ gothoꝝ fuisse fert: vt in vilissimarū pecudus modum: singulis aureis passim greges hoīm venderent.

Alaric⁹ rex gothoꝝ

Hic vero successit alaricus quē stilco regni cupidus cū supare posset ⁊ voluit ⁊ iuuit. Verū postremo italiā ingressus cū ab honorio sede qua cuq suo exercitu ꝓsistere posset expeteret. Honor⁹ deliberato ꝓsilio ei gallias cōcessit: ꝺ dum gallias pergens ob repatione ī mentoꝝ apud polentiā aliquātulū resedisset. Stilco comes in pnitionē reipublice gothos ptentās. belli summā saulo pagano cōmisit: qui ipso die sacratissimo pasce gothis nil suspicantib⁹ sup eos irruit: magnāq eoꝝ partē ꝓstrauit. demū arma accipiūt ꝓsternūt exercitū. hinc in rabiē furoris exercitant: omissa gallia romā contendunt. cuncta q̄que erant igni ferroq vastantes. Nec mora vrbem romam capiunt devastant incendunt. Anno eiusde cōdite millesimo centesimo sexagesimo quarto. salutis vo xp̄iane anno duodecimo ⁊ quadringētesimo. hac tm moderatione vsus est alaricus ⁊ clemētia vt suis mādaverit: a cede ⁊ sanguine quoad fieri poterat abstinere. vtue cōfugientibus ad basilicas petri ⁊ pauli parceret. Rex vero tercio die ab vrbe discedens in lucanos ⁊ bruccios proficiscit. inde in siciliā transfretare cupientes ꝓpessi naufragiū. Inter hec alaricus apō cesentiā morte subita defunct⁹ est. Gothi eū in basento amne sepelierūt cū multis opibus.

Athaulphus rex

Rēgē deinceps athaulphū alarici affinē gothi ꝓstituētes. qui ob affinitatez ⁊ gen⁹ succedit: romā redeūt: si quid residui fuit: more locustarū eradūt. auferētes deinde gallā placidā supioris theodosij filiā sororem honorij. quam sibi athaulph⁹ apud foꝝ cornelij cōnubio copulauit. que multo post reipu. cōmodo fuit. Nam ad hoc animū mariti subtilib⁹ blandimentis inflexit. vt vltro a romanis cedib⁹ tempatum. In aio ei prius fuerat vrbem romam delere: ac nouā cōdere: eamq gothiā appellare. ⁊ imparatoribus nomē de se relinquere: vt nō augusti deinceps sed athaulphi vocarent. Mentē eius placida auertit. ac fedus inter eū ⁊ honorius ac theodosium iuniorē composuit: qui ad gallias proficiscens apud barcilonē fraude suoꝝ occisus est.

Sanctus augustinus

AUgustin⁹ beati ambrosij ī fide discipulus: hō certe oīm q̄ tum fuere doctissim⁹. hippone ī affrica epūs: fidē nr̄am scripti⁹ ⁊ disputationib⁹ tū maxime tuebat. fuit aūt natione apher ex honestis parentib⁹: pr̄e patricio: matre monica xp̄ianissima oriūdus: cor ac curatissima diligētia nutrit⁹ in adolescentia secularib⁹ lr̄is apprime erudit⁹: liberalib⁹ disciplinis imbut⁹ quas p semetipm nullo tradē te doctore didicit ⁊ intellexit. Inde ex gentilitatis errore in manicheor hereſim incidit. In quo p annos nouē pmānsit. Habuit q̄s filiū ex muliere soluta noīe adeodatū subtilissimi ingenij. q̄ in adolescētia decessit. ꝓstq̄ vo in carthagine rhetoricā mr̄is annis legisset. Audiēs pfect⁹ rome studiū vigere clam nesciēte matre ad vrbē venit: postmodū mediolanū a symacho pfecto vt rhetoricā doceret vocatus. ad eū locū mater ilico subsecuta est: vbi ⁊ paulo post p̄cib⁹ suis ⁊ suffragio diui ambrosij ac doctrina: ad vere religionis viam cōuersus est: ⁊ cū filio ab ambrosio die pasce cū esset. xxx. annor baptizatus est. Et hymnū Te deū laudam⁹ cecinerūt ⁊ vsq̄ in finē ambo ediderūt. deinde ad simplicianū abbatē venies de optimo vitē di modo ꝓtulit: vbi biennio orōnib⁹ ⁊ ieunijs vacabat. Inde matris instinctu romā venit: ⁊ p etruriā transiens sanctos heremitas apud pisas inuisit. ⁊ centūcellas nō ꝓcul ab vrbe. rome vo cū manicheis ꝓflixit. e roma ꝓfect⁹ cū matre remeabat ad affricā. Et cū eēt apud hostia tiberina monica ex filij cōuersione gaudio repleta: eū dulcib⁹ alloquit verbis. Infirmata nono sue egritudinis die defuncta ⁊ sepulta est. Augustin⁹ cū frib⁹ suis carthaginē adnauigauit: patrimoniū pauprib⁹ erogauit: ⁊ ī nemore monasterio extructo fm regulā ab aplis cōstitutā viuere cepit. Deniq̄ in hipponēsi eccīa ꝛ inuit⁹ epūs ꝓmot⁹ quadraginta annos supuixit vbi ⁊ monasteriū canonicor cōstituit. Tot aūt libros ī oī doctrine genere scripsitauit: vt ne numerari quidē ne duz legi queant. Tandē cū sextū ⁊ septuagesimū vite ageret annū obijt. ⁊ ī basilica diuo stephano dicata sepelit. inde corp⁹ in sardaniā trāslatū fuit. Et regnāte ī longobardia luitbrādo rege illud ad se deferri curauit ac papie cū honore collocauit.

Monica

MOnica diui augustini mater in ostijs tiberinis nonis maij anno etatis sue lvj. migrauit ad dñm. Fuit aūt matrona pia mitis modesta ac patiēs ⁊ in orādo ꝓtēplādoq̄ deuota extitit. In vigilijs ieunijs ⁊ elemosynis elargiendis assidua. Et⁹ aūt sctissimū corp⁹ ibidē a filio ꝓditū vsq̄ ad martini quinti pōtificis tpa p mille ⁊. xx. annos pstitit. verū eo pfulante circa annū dñi. ī 429. tercio ydus aprilis inde romā cū ingenti pompa trāslatū. Cui inapheus vegi⁹ laudensis poeta sui tpis laudatissim⁹. ⁊ tūc martini pape datari⁹ mansoleum mira arte elaboratū extruere fecit. ⁊ in et⁹ laudē epigrāma cōposuit videlz. Salue lux matrum: mater sanctissima salue. Salue augustini monica digna parens tē. cū plurimis carminibus laude dignis.

RUffin⁹ aquileiēsis pb̄r vir clarissim⁹ atq̄ eruditissim⁹ floruit ad quē hieronym⁹ nōnullas dederit epīas. in q̄b⁹ eū tāq̄ amicū dulcib⁹ alloquit verbis ⁊ ad caritatis pseuerētiā exhortat. ⁊ paulo post amicitie pseuerātia inter eos destruit: hic itaq̄ cū eruditⁿ cēt Uician⁹ irrumitan⁹ (tsi op⁹ aliqđ nō ediderit) tñ in trāsferēdo de greco in latinū multū laborauit. pb̄r vir scitate ⁊ scia p̄cipu⁹: tēpestate hac deo annuēte cū q̄dē reliq̄as stephani ꝓthomartyris ⁊ gamalielis pauli p̄ceptoris inuenisse aiūt. eāq̄ reuelatione ⁊ reuētione (cū esset disertissim⁹ vir) ad oēs eccīas

Afreo fmōe ꝓscripsit: quā scriptionē postea habundi⁹ pb̄yter hispan⁹ latinā fecit ad orosiū pb̄yterū.

Alexander lychos hoc est medic⁹ cognomēto sophista: p hoc temp⁹ ob ingenij magnitudinē medicorum princeps habit⁹: toti⁹ medicine disciplinā tribus libris explanauit ⁊ alia quedam cōposuit.

Redestinator etiā hereſis p hec tpa serpsit: q̄ oino affirmabāt nil ad vitam ꝓdesse q̄ boīes virtuose vīuerēt: sicut hr̄ ī canone. 24. q. 3. ca. q̄dā

Nestor hereſiarcha ꝓstantinopolitan⁹ epūs hoc tpe postq̄ pōtificatu donat⁹ fuisset aptū se ecclie hostē ostēdit. Et cū ex tpe precipuus declamator esset. pdicauit xp̄m boiem purū fuisse nō deū. vnde ⁊ librū quasi de incarnatione scribēs sexaginta duobus diuine scripture testimonijs suo prauo sensu ꝓfirmauit. Scripsit etiā nōnullos alios tractat⁹.

Eufrosina

Proba mulier

PRoba mulier elegātissima adelphi ꝓcōsulis romani vxor: ⁊ puigili cura virgilij carmib⁹ q̄cq̄d historie ī veteri atq̄ nouo legit testamēto ⁊ vsq̄ ad missionē spūssancti tam compte cōposuit. vt hui⁹ cōpositi ignarus virgilū euangelistā fuisse credat. Vocauit id opus centonas virgilij in laudē xp̄i. hanc certe laudes quidā eudoxie ascribūt theodosij iunioris vxori.

EUfrosina a p̄re edocta lr̄is vestē induit virilē ad monasteriū pgens smaragdi nomē sumpsit ī habitu monachali sub artissima abstinētia vsq̄ in finē p mansit de qua elegās historia in vitas patrū habet

MArina q̄s virgo eodē habitu ī monasterio latitās marinū se simulauit: oppressione puelle infamata ante fores monasterij in vilissimo contemptu patientissime ad finē vite vixit.

Celestinus papa natione campan⁹ post bonifacū tpib⁹ theodosij iunio-
ris fuit. qui diuino cultui intentus cōstituit. vt psalmi dauid ante sacrifi-
cū antiphonatim ab oib⁹ canerent. qđ fieri nō cōsueuerat. plecta em epla
euāgelio finis sacrificio imponebat. Refert martin⁹ cassinas Judica me de⁹
et discerne cām meā. qđ in pncipio sacrificij dicit⁹ inuentū fuisse. Graduale
q̄z hunc ascribit. Multa pterea cōstituit que tū in archiuis legebant. Dedica
uit et basilicā vnā cui plura dona obtulit. Dādauit sūr gratiano referente vt
oēs sacerdotes scirēt ecclīasticos canones. Ut vbi ex sacris ordinib⁹ ter ī vbe
mēse recēbā habitis: pīsbyteros duos et. xxx. diaconos. xij. epos. ij. et. xl. cre-
asset mouit. ac sepelit in cimiterio prisille via salaria. viij. ydus aprilis. Cō
sederat annis. viij. mēses. x. dieb⁹. xvij. Vacat tum sedes dies vnū et. xx.

Synod⁹ tercia vbis ephesīa magno theodosio iunioze pncipe: et pōtifice celestīo iuuenale q̄z cōstantino politano epo atq; cirl lo collecta fuit: et habi ta apud ephesiz syno/ do. cc. epoz. impi⁹ ne-stori⁹ cū bereti nois sui cūq; pelagianis oib⁹: q̄ dogma illud ppe co natū inuabāt. cū pdica bat xp̄m ex maria bo-minē tm̄ et nō deū natū eiq; diuinitatē collatā ee p meritis. cui impie tati et cyrill⁹ alexandri-n⁹ eps et celestin⁹ pōti fex mirū immodum ad uersati sunt. vñ diffini tiz fuit q̄ beata maria virgo vocaret Theotocos id est mater dñi. Et inde oim consensu. xiij. canoni bus eoz stulticiā impugnātibus damnant.

Synodus Ephezina

Anno mundi. 5623. Anno christi. 424.

Sixtus tercius papa natione roman⁹ pie sixto. valētiniani tpa attigit. q̄
pōtificatū iniens a basso quodā reus in iudiciū accersit. Hic aūt cōgre-
gata septē et q̄nquaginta epoz synodo. Ita cām dixit vt ab oib⁹ vno cōsensu
absolueret: dānat basius calūniatoz iniquus annuēte valētiniano et placidia
ei⁹ matre in exiliūq; mittit. cui⁹ pdia nō fisco sed ecclie asscribunt. Aiūt basiliū
post exiliū nō multū vixisse tercio mēse die extremū obijt. Edificauit aūt sixt⁹
basilicā beate marie vginis. q̄ nūc maria maioz vocat et multa dona obtulit.
Inde cū oia q̄ habuerat aut in edificijs aut in ornamētis ecclīarū: aut paupe
rib⁹ erogasset. Mouit ac sepelit ī cripta vie tiburtine apud corp⁹ bti laurentij
Sedit annis octo dieb⁹. xix. Vacat tum sedes dies duos et viginti.

Leo primus papa natione thuscus patre quinciano hic ob dignitatē et p
cipuā doctrinā cognomēto magn⁹: et dignitate prim⁹ habitus fuit: eo q̄
eloquētia nemini cesserit. ideo in calcedonēsi synodo sūma patrū oim admira
tione et pcordia ter sanct⁹ acclamatus est. q̄ ad cōfirmādā fidē multa cōstituit
et cū esset doctissim⁹ decretales epas plurimas et omelias et sermones cōplu
rimos edidit. Ad reparādā vbē et tēpla cōuersus. In honorē bti cornelij ba
silicā via appia edificauit. Tēpla diffracta restituit: sacroz vasa cōminuta aut
ablata denuo renouauit vel ex integro restituit. posteōa masterū ppe. s. petrū
ꝑdidit. Postremo creatj ex institutione: mouit ac sepelit apud sanctū petrū ī
vaticano. 4. yd⁹ aprīl. sedit anno vno et. xx. mēse vno. dieb⁹. 13. vacat dies. 8.

Anno mundi. 5653. Anno christi. 454.

Hilari⁹ papa natione sardus: pie crispino ad leonis tpa puenit. Is ī mul
ta pturbatione rerū: diuinā rez intermisit nūq;. Instituit ne pōtifices deinceps succedoze sibi delige
rent. que institutio ad oēs ecclīasticos grad⁹ ptinet. epas scripsit de fide catholica. tres synodos ꝓfirmā/
sterū i vbe struxit. vbi ea pegisset q̄ ad optimū pōtificem ptinebāt. tuz in extruēdis tēplis ornādisq;: tuz
tes: nicenā: ephesinā et calcidonēsem. Tria q̄z oza toria edificauit: duasq; bibliothecas. ad lunā vo mona
etiā admonēdo docēdo castigādo elemosynasue pbēdo creatis pr⁹ de moze. 25. pīsbris: diaconis quinq;:
epis. 22. Sepelit post sanctā vitā in cripta sancti laurentij apud corpus beati sixti. Sedit annos septem
menses tres: dies decem. Vacat tum sedes dies decem.

Linea summoz pontificum

Celestinus

Sixtus tercius

Leo primus

Hilarius

Theodosius iunior archadij filius: dū qndecim annis impasset cū honorio germano archadij: exēpto rebus humanis honorio in imperio psirmat. fulmis tm̄ pstdio castini magistri militū iohānes inuadit imperiū: cū theodosius orientale regebat imperiū: q cōperto patrui sui honorij funere: mox valētiniānū amite sue placidie filiū cesarē effectū cū matre sua augusta ad recipiēdū occidētis dirigit regnū. quo tpe iohannes dux affricā quā bonifacius obtinebat bellare poscit: ad defensionē infirmior veniēs: valētinianus mira felicitate eū oppримūt. Theodosius vo princeps xpianissimus atq; phumanus imperiū in multa rerū pturbatione accepit ⁊ possedit. Nā affricā ferme vniuersam genserico rege vandalorū ablatā amisit. Multas in britānia direptiones ptulit inde valentinianus totius italie cōsensu impator creatus gubernacula imperij apō rauennā suscipiēs hostes romani nois in italia cōpescuit. At vo theodosius dū absq; viginti vno annis: quos cū honorio patruo regnauerat: septē ⁊ viginti annis imperiū gessisset. ex qbus ⁊ cū valētiniano genero viginti quīq; trā segit: apō cōstantinopolim dum ipsis hunorū ostrogothorūq; regib⁹ resistere curaret pestilencia corruptus interijt: ibiq; sepultus est.

Valētinianus occidētalis imperij gubernator: pacē cū genserico vandalorū rege iniit: ac certis finib⁹ affricā sibi ac genserico diuisam vandalis incolē dā dedit. Interim vo dux valētinian⁹ cōstātinopolim ꝓficiscit: ⁊ theodosij filiā in vxorē ducit. Vandali genserico duce cartaginē capiūt ac diripiūt. Attila q; dux hec in affrica gererent aim sumēs ad occupandū occidētale imperiū copias vndiq; celeriter colligit atq; iter statim carpit. Qō vbi etius intellexisset legatos de pace statim tolosam ad theodoricū regē mittit: vt cōi impensa ⁊ parib⁹ copijs bellū ō attilā gererēt. romanorū ac theodorici auxiliares copie fuere alani burgundiones franci saxones atq; oēs fere occidētales ppli. Tandē supueniente attila in campis catheloniās plū cōmittit: pugnatum acriter quousq; nox supueniens incerto auctore finē imposuit. Ad centū ⁊ octoginta milia hoim eo in plio vtrinq; cecidisse cōstat. Et qz virtus semp inuidiā parit Valētinian⁹ impator q̄tū res vocuit ꝓsperos etij successus primescēs cum gladio pemit. Ita vir bellicosissim⁹ etius ⁊ quōdā attile regis potentissimi terror occubuit. cū quo pariter ⁊ occidētij imperiū salusq; reipu. corruit. Sed neq; valentiniano mors etij impune cessit. Nā ⁊ ipse anno sequenti a trasila etij milite: cū. xxx. annis imperiū gessisset cōfossus interijt. e quibus cum theodosio socero viginti quīq;: cū marciano quinq; imperauit.

Marcian⁹ anno ab vrbe cōdita millesimo ducentesimo q̄rto: orientali aule pficit impator. Is princeps catholicus fuit: catholicisq; plurimū fauēs: qui vt imperet theodosij sororē cū orientij imperio vxorē accepit. ⁊ attila mortuo eadē nocte p somnū ei⁹ arcū cōfractū vidit. eo itaq; impante imperiū occidētale ab orientali quasi diuisus fuit. Et intra id temp⁹ germaniā oem daciāq; sarmaciā ⁊ ceteras ꝓuincias ad danubiū rhenūq; sitas pdidit romana respublica. hispania q̄s vlteriorq; aq̄tania ⁊ vasconia atq; illa eduēsiū vesuntionūq; gallie pars q̄; burgundiones anno vrbis capte secūdo ceperūt sunt amisse. Pariter factū est de senonēsi parisiorū francis subiecta. quarū oīm ꝓuinciarū nulla postmodū ꝓ romanorū imperio est recepta. Quo in tpe romani vrbe frequētata duitū senatorij ordinis romanū delegerūt impatorē. cū quo marcian⁹ mitissimi vir ingenij damnis ⁊ piculis occurrere cupiēs. que noui rerū motꝰ parere cōsueuerunt federa iniit. secundū que respu. vtrobiq; salubriter administrari posset. Interea marcianus cum orientalē rempublicā feliciter administraret septimo imperij sui anno apud cōstantinopolim diem obijt.

Leo post marciani imperatoris interitū apud vrbem cōstātinopolim augustali potit⁹ est dignitate. qui ꝑinceps sequēti tpe leonē filiū suum imperij cōsortē fecit: hūc leonē vrbs cōstātinopolitana primū ex greca ꝓgenie impatorē habuit: quāq; phibēt aliq; nō greca eū: sed bessica ꝓgenie oriundus p cui⁹ tpa (sexdecim nā annis impauit) vrbē romā italiāq; ⁊ vniuersum romano principi cōmissus imperiū varij mot⁹ laborēsq; agitauerūt. Itaq; pmo leonis imperij anno cū auitus rome mortu⁹ esset maiorianū quēdā exercit⁹ apud rauennā leone suadente impatorē assumpsit. ⁊ anno imperij tercio interfecit apud terdonā cisalpine gallie ciuitatē. Subroga t⁹ vo est illi p romanos senerian⁹: qui tercio imperij sui anno rome defuncto: anthemi⁹ qui fuerat marciani impatoris gener in impatorē est suffect⁹. Nec interea quiet⁹ fuit apud cōstātinopolim leo. Tādē cū se correptū valitudine mortuū intelligeret: leonē ex mariagne sorore nepotē ⁊ zenonis isauricī filiū instituit imperij successorē. Ipe vo puer leo cū paucis mēsib⁹ imperiū gubernasset zenonē genitorem manu ꝓria coronatum fecit imperatorē. Leo aūt postq; orientale decem ⁊ septez annis rexit imperiū diem clausit extremum.

Linea Imperatorum.

Genserícus rex

GEnsericus vandaloꝝ rex q̄ntis medio tpe regni sui hispanos gallosq; ac romanos cōmouerit. hac tñ tēpestate cū bonifaci⁹ comes affrice ꝓcurator: ac beati augustini amator: sentiēs se nō posse tuto affricā tenere. Cernēsq; sibi picti lū instare: in pniciem reipublice efferuescēs alanoꝝ vandaloꝝq; gentē cū genseri co suo rege ab hispanis euocatos affrice intromisit. qui cuncta pene affricā ferro flāma rapinis crudelissime deuastātes catholicā insup fidē arrianā impietate sub uertere. pulsis ī exiliū q̄busdā epis bene sentiēt⁹. Sub hac turbine beatissim⁹ augustin⁹ de quo p̄missus est hipponēsis epūs: ne ciuitatis sue ruinā cerneret: tertio ei⁹ obsidionis mēse: sex t septuagīta annis vite expletis. ex q̄b⁹ quadraginta in clericali seu epatu trāsegerat: ad xp̄m prexit quīto kal. septēbris. Inde gensericus carthaginē dolo pacis intrauit. oēsq; opes ei⁹ exercitatis diuerso tormentoꝝ genere ciuib⁹: in ius suū vertit: nec ab ecclīarū spoliatione abstinēs. Igit carthago a vandalis capta est annis quingētis octoginta t quīq; cuiusdā: postq; romano ceperat iuri parere: sequēti anno in siciliā trāiciēs: magnis calamitatib⁹ afflixit. Idem fecere pictauiꝭ t scothi insulā britanniā occupātes. Actius aūt a britannis in auxiliū eis⁹ patricius vir fortissim⁹ t bellicis armis⁹ insignis. genitor cui⁹ noie gaudent⁹ ex worostana ciuitate mesie oriundus. qui ettius etiaꝫ burgundiones nouos tūc primū parētes mor⁹ bello p̄secut⁹ compescuit. Francos qui iterato rhenī ripas īsederāt gallias irruptur magna supatos cede repulit ī germaniā. t halanos bello acerrimo cepit agitare qui cū danubiꝭ accolas populos regesq; habebat notissimos hunos ad italie inuasionē primus excitauit Cū itaq; primores britānie romanoꝝ legib⁹ moꝛib⁹q; assueti pictoꝝ t scothoꝝ barbarie pati nequīrent. Ad hunc etiā miserunt p̄sidia implorātes. dedit ei⁹ legionē vnā que mare trāsgressa barbaros multa cede repulit. britānias q̄diu affuit ꝓ romano imperio ꝓseruauit. Inde in gallias reuocauit. Unde britānī ab eius dehinc ab anglis t saxonib⁹ auxiliū petere: quos hostes deinde nō auxiliares sensere. ab his em̄ oppressi t patriā simul t nomen amisere.

Athila rex flagellū dei

Athila de scythia hunoꝝ rex p̄ie genit⁹ mūdizico: cui⁹ fuere germani ottar t robas: qui ante athilā regnū tenuisse narrant: post quoꝝ obitū cū bleda germano: hunoꝝ successit in regno. Erat vo athila superbus incessu: huc illucq; circūferēs oculos. vt elata potētia ipso q̄s in motu corporis appareret. belloꝝ q̄dē amator: sed ipse manu tempans. cōsilio validissim⁹. supplicātib⁹ exorabilis. forma breuis. lato pectore: capite grādiore. minutis oculis: rarus barba: canis aspsus: simo naso. terri coloꝛe. originis sue signa p̄ se ferens. frēm aūt suū bledam virū nicioris ingenij. cingende muro vrbis budalie operi intentū p̄ fraudē p̄emit. Inde ostrogothoꝝ reges subditos sibi pot⁹q; socios athila habere cepit. Contraxit vero pariter t patrīs eduxit sedib⁹ nō scythe modo populos: sed ad lanssimā q̄s danubiꝭ oriā vndiq; expositos. in quib⁹ nonnulli fuere ardaric⁹ gepidoꝝ valemir theodemir vindemir frēs ostrogothoꝝ reges. marcomāni: quadi: eruli t thuringi. qui ad q̄ngenta armatoꝝ milia fuisse cōperim⁹. Cū vero copijs quas carthelonici campi clades cōminuerat supplemēto t auxilijs ad primi exercit⁹ magnitudinē instauratis: nō vltra gallias: sed ipsaꝫ italiā inuadere cōstituit. In quā ducturus primū illirici finus oriā circūuectus est. t traguriū: sebinicū: belgradum: iaderam: sigman: polā: parentū: bemoniā que oppida tunc in marciani impatoris cura essent nullo firmato p̄sidio diripuit incendit. Ad arsiā vo fluuiū t tergestinū sinū italie limites nō nihil reperit copiaꝝ Obsedit inde aquileiā: sed vrbs validissimis cincta menib⁹ romanoq; p̄sidio defensabat. ne illic sedendo temp⁹ vsq; quaq; tereret. Immunita regionis oppida expugnauit. Aquileiā deinde quā diu obsederat breui fuit pot⁹. Ingressus vrbē adusq; solū eam subuertit. inde moues paduam: vincentiā: veronā: mediolanū: ticinū que papia dicit cepit. Romani tūc t ceteri italie populi athilā qui se flagellū dei: terroremq; pomnus cerneret mestus cōpatiēsq; populis. atq; etiā cohortante valentiniano legationē ad eum suscepit: quē reperit apud mintium castra habentē. facundus pontifex orando molliuit: effecitq; vt omissa italia ad p̄pria redire regna p̄miserit. que res oēm exercitū in admirationē adduxit. scisciātibus vo causam respondios astabāt. necem sibi ac exercitui cōminātes. Et hi petrus t paulus fuisse creduntur. Igit athila talimo do a sua sentia repressus: relicta italia pannonias repetit.

Uēneta vrbs his tpibus augmentū t originē gloriosā habuit. dum athila aquilegiā obsedit. cū aquilegienses (sicut ostendim⁹ post deuastationē troie catho em̄ venetos origine troianos fuisse ait) cōcorsum q; cui duro a soliditate fuit cognomen tenuere. Sic t ceteri venetie p̄uncie populi. p̄mente metu vbi mari cōstat terminari: p hūc modū populi amenissimis t vberrimis oīm italie soli in regionib⁹ nutriti: pp securitatē electio postponendā: vt nequaq; dubitandū sit illos dei munere coactos: cepisse loca breui fultura optima: que tranquillis securisq; rebus nulla prudentia elegisset.

Fērūt hoc tpe diabolū psona moysi indutū: multos iudeos decepisse: dū eos ex creta in terrā p̄missionis ad similitudinē histoie veteris sicco pede p mare deducere pollicet. Multi em̄ ex his falsus moysen secuti in vndis pericre. Aiūt aūt illos solos euasisse. qui tum xp̄m verū esse deū credidere.

Concilium calcedonense

Synodus quarta vniuersalis calcidonēsis sexcentoꝝ .xxx. epoꝝ. hoc ipso anno apud calcedonēsem vrbem auctoritate leonis pape et marciani principis indicit. Juuenalis q̄z hierosolimitani et anatholi cōstātinopoli epoꝝ tpib⁹. cōtra eutices cōstātinopolitanū abbatē: asserētē xp̄m post humanā assūptionē: nō ex duab⁹ naturis existere: sed solā in eo diuinā naturā pmanere. Hoꝝ vo patrū aucte decreuit credendū duas in xp̄o fuisse naturas: vtq; vn⁹ idē xp̄s de⁹ et hō crederet. quib⁹ ex snīa decretis statim nestorius et eutices nephādus hereticus manicheoꝝ p̄sul damnant: et oēs manicheoꝝ libri publice cōbusti sunt. Viginti q̄z octo canones statuerūt quoꝝ auctor maxiē sanct⁹ anotholius eps fuit.

Orosius

Paulus orosi⁹ hispanus patria taraconēsis: dīi augustini discipul⁹: vir eloquēs et multarū rez cognitor his tpibus defuncto ipso augustino romā venit: et septē libros aduersus gentes edidit. In quib⁹ totī⁹ pene mūdi calamitates et miserias ac bellorum inquietudines replicās. Cronicā etiā ab exordio mūdi vsq; ad sua tpa scripsit. Et de ormista id est de miseria mundi intitulauit. hunc q̄z augustinū (p adipiscēda aie rōne) ad hieronymū hierosolymā misit. q̄ dum rediret etiā quasdā bti stephani pthomartyris reliq̄as nup inuētas prim⁹ attulit occidēti.

Johānes damascen⁹

Johānē damascenū monachū optimū atq; doctissimū ac pcipue insignem thcologū. huic etati nōnulli assignant eoq; theodosio familiarissimū fuisse tradāt. hic itaq; cū thcologus pcipu⁹ haberet: etiā quattuoꝝ snīarū libros edidit quoꝝ principiū est Nemo deū vidit vnq;. in quibus de fide. deq; xp̄i humanitate atq; baptismo optime ptractat. vbi gregoriū nazauzenū. gregoriūq; nicenum ac dydimū alexandrinū plurimū imitat⁹ est. Itē cur de⁹ et hō in duob⁹ libris explicuit. Libros q̄z medice artis edidisse fert. In quib⁹ morboꝝ cās describit et medelas. In hui⁹ aūt viri pconiū multa admiratione digna prudēti⁹ doctor scribit.

Ursula

Vrsula virgo gloriosa: natiōe britanica: filia vnica p̄cipis britānie: pulcerrima et magni ingenij dux nubilis a filio regis ad nuptias peteret: cū infidelis esset patri suasit vt assentiret: ea conditione vt decem virgines etate forma et genere electas sibi traderet et singulis mille adiungeret: et paratis ad vndecim. M. nauibus: inducias triennij sibi daret. Adductus eis fuit pontul⁹ basiliēsis episcopus q̄ eas romā vsq; pduxit. Inde gerasina regina sicilie cū q̄tuoꝝ filiab⁹ et puulo filio adriano relicto regno cū ea pgens: se vsq; ad martyriū sociauit. Postea cū papa cirtato egressi de vrbe. Ne xp̄iana religio nimis augeret⁹ maxim⁹ et affrican⁹ gētiles nullo cognato coꝝ principi honorū scripserūt. vt cū colonia applicarēt illā multitudinē trucidaret. Vrsula igit⁹ apud coloniā germanie vrbē cū undecim virginū milib⁹ ab hunis sub attila rege militātibus: gloriosissimo martyrio coronat⁹ .12. kal. nouēbris migrauit ad supos. Quoꝝ corpa ibidē a xp̄ianis sepulta: maxio ī p̄cio semp habita sunt. Cū aūt vrsula ob sagittā in eā directā martyriū passa fuit cordula timore humano deiecta nocte in naui pmansit. Sequenti die a deo confortata se manifestans occisa est. Et si dubiū extat de tpe passionis: de martyrio tñ earū eccl̄ia non dubitat.

Septē dormientiū corpa qui sub decio imperatore inclusi in spelunca martyrio coronati sunt. suscitati sunt a deo hoc tpe: ad cōfutandū errorē exortū apud quosdā: negantiū resurrectionē mortuoꝝ. Qui postq; theodosio impatori et plurib⁹ alijs locuti sunt: resurrectionē attestātes: in pace dormierunt.

Merlinus

Merlinū anglū vatem insignē ex regis filia monacha: et incubo demone natū vt nōnullis placet his tpib⁹ fuit et claruit. hui⁹ mater demecie reg| filia: que inter quasdā monachas sancti petri enutrita virū nūq; cognouisse cōtestata est. Sed aliq̄n dixit: visum ei fuit quendā pulcherrime speciei virum eam fuisse amplexatā. Indeq; euanescentē grauidā se cognouisse: et illū tandē peperisse. Et postea in virū magnū euasisse. Hui⁹ aūt merlini instinctu vortigeri⁹ britonū rex xp̄i fidē in immensuz auxit. Cui successit frater ei⁹ qui magni arturi pater fuit. Hic aūt merlin⁹ multa obscura reuelauit et futura pdixit. aperuit enim sub fundamento vbi turris edificari nō potuit lacuz esse. Sub lacu duos latere dracones: quorum vnus rubeus populū britonū. alter albus gentē saxonū designaret. et quis cōflictu suo adinuicē pualeret. Arthurū vo quē aprum cornubie vocat: pdixit q; eccl̄ie dei succurrēt q; gallicanas|puincias possideret; q; romano exercitui terribilē se exiberet et q; exitū|dubiū haberet.

Buda vrbs hungarie clarissima regum sedes: in littore danubij sita: hungaria enim vltra ⁊ citra danubiū latissimas terras occupat; quod citra danubiū est: olim pannonia fuit. que ab oriente mesiam ab occidente noricum habuit. septemrionē ei danubius. austrum illirici montes excepere: que transdanubiū hungaria facet: pars scythie prius erat: duasq; gentes habuit gepidas qui contermini germanis fuerunt ⁊ dacos. nō qui nunc daci vocant: quoꝝ rex ad occeanū germanicū: inter fueriam ⁊ saxoniam latissimo regno: sed paluſtri potit. nam hij dani melius appellant: sed qui ea loca tenuerunt: que nunc transsiluani occupant vicina walachis in corone specie montibus cincta. In hac parte vngarie que gepidarū fuit adhuc territoriū est quod sepulcū appellāt: pro gepidio. Hungaria aūt terra ferax: vbi aque riuus habet in quo mersa ferri materia: in aprū vertit. gleba illic frumenti fructifera. auri ⁊ argenti diuites vene: aer salubris: terra opimis cōparanda. nisi sua se vbertate corrumperet. Cum vero huni in scythia multiplicati essent: in vnū congregati: cōstituentes capitaneos: occidētales regiones ingressi: bessos ⁊ cumanos albos: inde ruthenos: terrāq; nigroꝝ cumanoꝝ. ⁊ vsq; ad tisciā flumen teysch puenere. Patrin⁹ longobardus qui pannoniā gubernabat: primo eos repulit. Tandē pacifica possessione pānonice regionis potiti sunt. Anno dñi quadringentesimoprimo Athila qui hungarico ideomate ethele dictus est. ⁊ buda frater eius supuiuenti⁹. Athilā in regia dignitate extulerunt. Is in ciuitate sycambria sedem elegit. Et ex innata ambitione ceteras regiones molestare instituēs bledā fratrē suum regiminis participem fecit. Et in subiectas nationes principē cōstituit. Interea rex hunoꝝ dum regnū intra pannonias cū fratre bleda vel bu

da gereret: macedoniā missiā ⁊ achaiā vtrasq; tracias: īmānissima rabie deuastaret. Inde cū sycambrie demorareť. buda frater ei⁹ terminos sui regiminis trāsegisse ac regnū in eius absentia optasse accusat⁹ est. Cūq; sycambriā in recessu suo vrbem athile vocari pcepit. Buda vo illā a suo noīe budawara appellauit. Quāobrem bledā germanū suū regnīq; consortē ꝓpijs manibus pemit. Ac in danubiū precipitari fecit. Inde nouo edicto vrbem athile vocari iussit. Huni id nō obseruātes illā budawara vocauerūt. Hungari q; vsq; in hūc diem obuda vocant. Theutoni edictū regis magis formidātes: ciuitatē ob metū etzelpurg id est vrbem athile vocauerunt. In sycambria deinde athila quinq; annis quieuit. Speculatores ad varias regiones ordinās. Post prospera deinde tpa buda primaria hungarie condita: que ex parte montuosa est: si vbis situ inspicias. Cuius loci cōdino ea est: vt nec quicq; munitius: nec certe amenius in tota ferme hungaria inueniri possit. In ea nōnulla extant religiosoꝝ monasteria celeberrima. alijsq; publicis priuatisq; edificijs ornatissimis p̄ ceteris in ea regione vrbib⁹ euasit clarissima. Ideo regia dignitate insignita. ⁊ basilicis menib⁹ ⁊ arce pulcherrima: quā arcem preclarā (sicuti ⁊ alias arces in tota hungaria: p̄cipue miscegradiū castrū nobile vbi corona regia obseruat exornauit) ita Mathias de coruinis rex hūgarie nuro decore ornauit. Cūctis nūc antiqs monumētis p̄ferendū in qua muri crassissimi: ⁊ aule celeberrime esse referunt. hanc p̄terfluit hister germanicus fluuius: qui deinde septē hostijs pontum influit. Septimū tñ pigrū ad palustri specie nō habet: qō amni cōpareť. Proza quatuor ita magna sunt: vt p lōgitudinem. xl. miliū passuū nō misceant equori: dulcēq; haustū incorrupto detineant sapore.

ARgentina ciuitas vetustissima ac pmagnifica argẽtuaria dicta apud heluetios ꝓpe rhenũ sita. Cum treueris metropolis belge,puincie tpibus abrahe cõstrui cepta sit.inde potẽtatu aucta. hec vrbs pri mo sub dominio traicrẽsiũ fuit.quã postmodũ iulius cesar cũ vniuersas puincias heluetioꝝ ⁊ heduoꝝ.tra iecto rheno fluuio subiecit.Cui ꝓsulẽ ⁊ questorẽ dedit:qui in ea vrbe camerã romanoꝝ ꝑ tributis soluen/ dis pfecerũt. Inde nomẽ argentine assumpsit.qui vsq; ad imperij inclinationẽ ibidẽ pstiterũt. Athila po stea egressus de sicambria primo illiricos inuasisse dicit.deinde omni pene germania puagata, ac cunctis ciuitatib⁹ ⁊ castris que occurrebant subuersis. Intrauit tandẽ in regnũ cõstãtie.cui sigismũdus rex eiusdẽ tẽpe princeps circa basileã cũ exercitu magno occurit. quẽ attila cũ oi expeditione cõmito ⁊ fugato suo do minio subiugauit. A loco illo egressus athila iuxta rhenũ argentinã ciuitatẽ munitissimã(quã romanoꝝ nullus cesar penit⁹ expugnare potuit)obsedit expugnauitq; diruẽdo murũ ei⁹ in diuersis locis vt cunctis aduenientib⁹ sine difficultate via libera ⁊ patens introitus ꝑberet.edicẽs firmissime ne ipsius mur⁹ rege ipso vidẽte repararet:vt eadem ciuitas nõ argentina sed ꝓpter viarũ pluralitatẽ:quas in muro ei⁹ fecerat Straspurg vocaret deinde,ammoto exercitu de argẽtina luxoniũ:bizantiũ:chalon:mastico:lingonẽ:bur gundiã ⁊ lugdunũ ciuitates munitas destruxit. Post aliqua tpa cũ reges francoꝝ apud heluetios domi niũ potiti sunt.in ea vrbe domicilũ habuerũt. qui deinde duces in ea ꝓstituerũt. Pater q̃s sancte otiliene dum vrbis:sed ⁊ puincie ducatũ habuit.qui bohenburg ⁊ alia cõstruxit.post eũ albert⁹ filius ⁊ succeden tes gubernarũt. Tandẽ ꝑ romanos impatores in libertatẽ ac ius imperij cessit. A diuo vero materno q̃ a sancto petro apl̃o ad rhenanas ciuitates cũ euchario ⁊ valerio missus fuit. fidẽ orthodoxam accepit:qui apud eos post obitũ baculo petri rexit.ac eccl̃iam ad sanctũ petrum antiquũ:appellatã extruxit. Habet hec vrbs preter amenitatẽ ⁊ ciuiũ vrbanitatẽ.templũ pmagnificũ.⁊ turrim pulcherrimã singulari pstan tio cõstructã. Nobilitatẽ q̃s ꝑ vicina oppida: perq; finitimas vrbes dispersam cũ summa cõcordia. ea ciui tas collegit.qui dignissimis priuilegijs liberũ magistratũ ac rempublicã cũ ciuibus ꝑ vicissitudinẽ guber nant. Episcopatũ quoq; nobilem habet cui ⁊ principes prefuerũt. Abluit aũt preter rhenũ hec vrbs insi gnis duobus fluuijs nauigabilibus quos rhenus excipit.

De obitu Athile regis hunorum.

PRofectum italia athilā vt p̄missum est: auxilio leonis pape. ⁊ iam in norico superiori que nunc pars austrie: pars baioarie dicit: statiua ducentē athilā honoria valētiniani impatoris soror p eunuchū pellexit: vt sese cupiētissimā in vxorē p̄cibus minisq; a fratre extorqueret. Id aūt magna verboꝝ instantia athila intentauit: impetraturū se nouit: ⁊ tamen homo luxu perditissimus cōtinere nequiuit: quin multis quas haberet: ⁊ secum in exercitu traheret vxorib⁹: aliā (cui ildiconi erat nomen) adderet. Cuius nuptiarū beneficio: mors eum oportuna e medio sustulit. Nāq; post cōuiuiū p̄fusi⁹ hilariusq; celebratū: resupin⁹ alto in sopore cū demersus esset: sanguis e naribus p̄fluens vitalibus opletis meatib⁹ eum necauit. Quod quidē illa nocte scribūt multi cognouisse p somniū apud constātinopolim marcianū: cui visum sit videre athile arcū (quo armoꝝ gene re huni in p̄mis vterent) fractū esse. Et intra id tempus germaniā omnem: datiamq; sarmaciā ⁊ ceteras p̄uincias ad danubiū rhenumq; sitas perdidit romana res publica. Hispania quoq; vlterior aquitania ⁊ vasconia atq; illa eduensium vesunciouūq; gallie pars: quam burgundiones anno vrbis capte secundo ceperunt: sunt amisse. pariter factum est annis sequentibus de senonensi parisioꝝ francis subiecta. quoꝝm omniū p̄uinciarū nulla postmodum p romanoꝝ imperio est recepta.

Eutbices hereticus

EUthices heresiarcha constantinopolitanus abbas: p hoc tempus suū dogmatizat errorē. ⁊ ne sentire cuz nestorio videret diuinā cū humana natura: in idem cōpositū recidisse affirmabat vnūq; factū: nec vllo modo inter se distingui debere. hāc heresim cuz flauianus cōstantinopolitan⁹ epūs damnasset. Theodosio annuente synodus ephesina indicit. In qua dioscoro alexandro epō p̄sidēte. eutbices ipse iam damnat⁹: exilio relegatur Thimotheus quoq; hereticus insaniens multos errores dissemināuit. In concilio calcedonensi: perpetuo exilio damnatus est.

Anno mundi. 5670. Anno christi. 471.

SImplicⁱ papa patria tiburt⁹ pīe castino post hilariū. impante leone secū do: t zenone fuit. hic vir sctissim⁹ ac rectissim⁹: Instituit vt null⁹ inuitus in epm penit⁹ pmoueret. t ne cleric⁹ vllus possessionē bñficij a laico recogno sceret: qđ postea a gregorio t alijs pontificib⁹ cōfirmatū est. Romanā aūt sedē esse primā oīm ecclīarū declarat. Urbē pterea pīsbyteris in quinq regiones di uisit. prima erat petri: secūda pauli: tercia laurentij: quarta iohānis lateranen sis: quinta sancte marie maioris. Hic optim⁹ pontifex has basilicas dedicat. t primo basilicā stephani pthomartyris in celio mōte. basilicā andree apli nō lōge a templo sancte marie maioris t alias. At cū ecclīaz romanā nō instituī solū. verū etiā donis auxisset. creassetq ex ordine pīsbyteros diaconos t epos mouit t sepelit in petri basilica sexto nōs marcij. Sedit aūt annos q̄ndecim: mēnsem vnū: dies septē. Uacat tum sedes dies sex t viginti.

FElix ei⁹ nominis terci⁹ patria roman⁹ pīe felice pīsbytero ex regiōe fascio le: vir diuinis intent⁹ qui cū intellexerat petrū eutticianū: quē ob hereseōz in exilio pulsum. instigāte achatio cōstantinopolitano epo tūc demū ab eodē reuocatū esse. vñ cōcilio cōgregato sanct⁹ pontifex fraudē subesse vert⁹ ex auctē sedis aplice pcilio bene sentiētiū approbata. petrū t achaciū dānat. In eodē pcilio cōstituit vt accusat⁹ apud iudicē: semp ꝑter respōsionē darent inducie Instituit pterea vt ecclie ab epis psecrarent. Idē q̄z felix basilicā sancti agapi ti edificauit nō lōge a basilica sancti laurētij martyris. Et cū ex institutione sa croz ordinū quos i vrbe roma mēse decēbri bis habuit pīsbros octo t viginti diaconos q̄nq: epos triginta creasset. mouit t sepelit in pauli basilica. Sedit annis octo: mēses vndecī: dies decē t septē. Uacat tuz sedes dies q̄nq.

Damercus epus

DAmercus vienēsis epus hisdē tpib⁹ ob sctitatē atq doctrinā magno habet⁹ in pcio q̄ inter ce tera sue virtutis monimēta: prim⁹ (vt aiūt) supplica tiones q̄s greci letanias vocāt instituit ob frequētes terremot⁹. qui tū maxime gallias vexabāt. ac ꝑter bestiarū quasdā incursiones. q̄ tuz pplm suū plurimū cōtriuerāt. Et hec q̄dē letanie minores dicunt: ad maioz dīam q̄s magn⁹ gregoriⁿ⁹ in sancti marci festo instituit.

Remigius epus

REmigiū etiā remēsē epz virū sctissimū ac doctissimū hui⁹ tpis⁹ fuis se sūt q̄ dicāt. q̄ clodoueuz (vt historie referūt) frācoz regē cū innumerabilib⁹ frā cis baptizauerit. qui pter scitatē maximā cū i diuis scripturis pclarissim⁹ habet⁹. cōmētarios pulcres in nouo t veteri edidit testamento. Septuaginta t eo ampli⁹ cū in epatu expleſſet annos. Inter cetera sue sctitatis miracula facta: puellā a morte corpis suscitasse legit. Obiit aūt anno dñi. 468. kal. octobris.

GElasi⁹ papa natione apher pīe valerio: vir san ctus q̄ vt ad pontificatū assūptus fuit. manicheos in vrbe depheos exi lio dānat. eoz libros apud basilicā diue marie publice cōburit. deinde dili gēs q̄ dei sunt multa cōstituit: q̄ ad ecclīastici cultū ptinebāt. t primo vt null⁹ bigam⁹ ad sacros ordines (nisi de licētia sedis aplice) pmouet. Statuit itē vt null⁹ mēbro mutilat⁹ ordinaret pīsbyter. hymnos q̄z mltos ad imitationē am broſij cōposuit. Et libros quinq p eutticē t nestoriū edidit: t duos p arrium Basilicas deinde plurimas i vrbe dedicauit. ostēditq q̄ libri inter apocriphos forēt deputādi. Demū cū pīsbros duos t trigita: diaconos duos: epos septez t sexagita creasset: mouit ac sepelit i basilica petri apli. xj. kal. decēbris. Se dit annis q̄tuor: mēses octo: dieb⁹ decē t septē. Uacat tū sedes dies septē.

ANastasius papa ei⁹ nois secūdus: patria roman⁹: pīe fortunato anastasio impante fuit. Hic cū pmū nauit qui se a cōione pontificis tuz maxime subtraxit: q̄ etiā sine catholicoz ꝑsensu plotino thessalonicēsi diacono cōicasset: qui tuz achacij errorē imitabat. Hāc obrē ferunt diuino nutu hoiem subito morbo cor uit (vt q̄dā scriptores referunt) anastasiū impatorē q̄ achacio faueret. hec de anastasio sufficiūt. qui ex sa cris ordinibus semel decēbri mense habitis pīsbyteris duodecim: epos sedecim creauit. Sepult⁹ est aūt in basilica petri. xiij. kal. decēbris. Sedit annū vnū: mēses. x. dies. xxiiij. Uacat tum sedes dies quatuor.

Linea summoz pontificum

Sexta etas mūdi

Linea Imperatorum



Zeno fact⁹ impator cū leo prim⁹ valitudine corrept⁹: leonē secūdum ex mariagene sorore sua nepotē ⁊ zenonis ysaurici filiuz ei⁹ imperiū designauit successorē. q̄ nō ita multo post graui morbo oppressus cū finez vite sibi adesse cerneret patri zenoni imperiū reliqt. vel vt alij scribūt mortuo leone zeno cōtinuo augustalē nact⁹ est dignitatē. leone aūt de quo p̄missum est quē pater leo in regni asciuerat ptātem. Mater sua zenonis imperiū formidās occultē clericū fecit. Exigēte vehemēter zenone vt filiū p̄deret: p eo aliū forma sil'em obtulit. qui leo cōinceps i clericatu ad iustinianī vsq; tpa vixit. Ipso q̄z anno augustulus apud italiā aduersus nepotē cū exercitu venies eo effugato. imperiū regimē inuasit annali cōinceps circulo euoluto cū rege vandolorū genserico fedus initū est ab horestes patricio. hec dum apud romanos gerunt adoacer cū fortissima multitudine ab extremis pānonie finib⁹ italiā p̄perare cōtendit. inde aliquātis annis italie ⁊ vrbis vsus est ptāte. vñ augustulus inopinabili metu pterrit⁹: spōte miserabilis purpurā abijciēs cū vix. xj. mēsib⁹ repub. obtinuisset. Ita romanoz apud romā imperiū cū hoc augustulo perijt Anno ab vrbis cōditione. D. cc. xxix. ab incarnatione vo dñi anno quadringentesimo septuagesimoqnto. Zeno aūt augustus cū p annos. xvij. reipublice p̄fuisset apud vrbē cōstantinopolim vite terminū accepit.

Anastasi⁹ post zenonis excessuz anno ab incarnatione dñi. cccxcij. purpurā induit. hic romanū decus imperij. eutichiane hereseos illuuie maculauit. hic clodoueo francoz regi eo q̄ ciuitates quasdā a visegothis (q̄ arrianaz heresim tenebāt) abstulisset p̄cioſaz transmisit tunicā eūq; patriciū creauit; sed postmodū p achaciū cōstātinopolitanū ep̄m corrupt⁹ fact⁹ est hereticus. Anastasius itaq; duz in heresi q̄ delapsus fuerat pseueraret. duasq; i xp̄o naturas: deitatis videlz ⁊ humanitatis eutichiū heresiarchā sequēs denegaret. Hormisda papa q̄ simacho successerat. direxerat enodiū ticinēsem ep̄m. Alioſq; cū eo cōstātinopolim legatos cū catholice fidei inscripto q̄ten⁹ anastasiū ad ecclie reduceret gremiū. Is nō solū salubria eoz monita spreuit: ſ insup etiā a suis aspernab⁹ nō sine cōtumelia expulit dicēs. Nos ⁊ pōtifici ⁊ alijs iubere volumus: nō aūt iuberi: nauiq; fragili impositos mādat ne vspiā p totā greciā ad aliquā ciuitatū accederēt. quā ei⁹ impiam temeritatē diuina continuo vltio subsecuta est. Nā cū iam septimū ⁊ vigesimū imperij annum ageret: ictu fulminis percussus interijt.

Hec dum apud romanos gerunt: ostēdit sese a vetusto cladus imperij fomite: nouus turbo quē romani cōciues illi⁹ emuli suscitarūt. Si q̄dē heruli ⁊ turingi odoacre viro acris ingenij duce sibi cōstituto ab inferioribus⁹ danubij hostijs sunt p̄fecti. fuerūt aūt hi heruli ⁊ turingi exercit⁹ atbile reliqe. q̄ hernaco ⁊ duritb athile filijs a seipis alijsq; pplis plto supatis: apud danubij hostia cōsederūt. Ipsi itaq; italiā ingressi: aquileia ad sinistrā relicta: in taruisinos vicētinosq; ⁊ inde i brixianos iter flexerūt. Igit' augustul⁹ impator de odoacris aduētu certior fact⁹ imisit orrestez genitorē suū quē militie magistrū declarauerat quē postea auxilia deseruerūt: ipō in vrbē ticinū se recepit. Insecut⁹ illū odoacer vrbē corona cinctā vallauit: recepitq; diu ⁊ ptinaciter oppugnatā. Inde cedes ciuiū romanoz̄q; legionū facta ⁊ neduz direpta vrbs ticinū. ſ ⁊ cū agro igni ferroq; vastata. Orrestē aūt captū placēciāq; ductū odoacer ipse inspectāte exercitu gladio suffossuz interfecit. q̄b⁹ territi crudelitatib⁹ ceteri italie ppli certatiz deditionē facere p̄rexerūt. Odoacer annis. xiij. italie imp̄auerat ⁊ ciuitates p libidine gubernabat. Zeno aūt cōstātinopoli imperās theodorico p̄suasit: vt in italiā trāsiret: ab iniustis occupatorib⁹ ciuitates sibi vēdicaret. ipō ex tracia mouēs gothos ⁊ syrmiū ⁊ illiricū italiā petijt. odoacri duces sibi obuiā fuere nō procul ab aq̄leia sup sontiū amnem vt aiunt gothi. Tādē i vrbe rauēna odoacrū obsederūt ad extremū pactiōe res cōposita fuit. vt sil' socij dñationis cēnt. vez hec regni societas nō diu p̄mānsit. cū occultas inter se suspiciōes haberēt. p̄uenies theodo-

Odoacer rex

Theodoric⁹ rex

NIcolaus Tollentinas eremitarū sancti Augustini pr̄. qui anno dñi. 1294. obierat hoc anno. 1446. frequentissim⁹ miraculis clarus ab eugenio pontifice (toto astāte pplo romano oīmq; cardinalitū cetu) sctōz ꝓfessoz nūero aggregatur. Jo luerat tm̄ Ioannes. xxij. pontifex q̄ de ei⁹ sanctitate p̄cipuā habuerat noticiam. hūc ei honorē impt̄iri. ꝟ multis bellozq; scismatūq; turbinibus vexatus. ac etiā morte p̄uentus. id hāc ad vsq; diē dilatuz ē. Js sanct⁹ ex pyceno opp:do qō sancti angeli nūcupaf ſꝫ firmana ciuitate mr̄e amita. p̄ie cōpagno mediocribus parētib⁹ nat⁹. adultus fact⁹ corpus ꝛ aīam dño ꝓsecrauit. Jn adolescēte p̄mordijs mūdo renūciās ordinē heremitaz beati augustini complexus ē. inde mltis ieunijs vigilijs vberibus corpusculū afflixit. ꝛ cōtemplationi se totū dedit. ois ei⁹ ꝟmo aut rarus aut cū opus erat de morib⁹. de religione. de pietate. de mundi ꝓtemptu. vl̄ de amore dei fuit ꝛ celesti patria. cilicio circuloq; ferreo subtrito vtebaf. q̄bus carnē suā plurimū macerabat. diabolicas etiā tēptatiōes ptulit. in eo q̄z ꝓphetie spūs fuit. ad eū multi languētes. nōnulliq; maligno vexati spiritu⁹ ducti curati sunt. triginta āīs tolentino in cōuentu p̄manēs. nūq; carnes oua pisces aut alia pinguia sanitatis aut infirmitatis tpe reptus ē comedisse. Cū q̄dāz nocte diu in oīone p̄stitisset. in cella sua obdormiēs vidit i somnis sydus clarissimū situ non altū. e loco natiuitatis ꝓgrediēs qō post oratoriū choꝛi in tolleto terminū habuit. cognoscēs p hoc se emigrandū. in eo loco sepulturā elegit ad insinuandū claritatē sanctitatis ei⁹. Sicq; sanctissim⁹ vir celo receptus ē. hui⁹ aūt festiuitas decima die mensis septembris celebratur.

Jō q̄z dessimilis fuit ꝙ ꝛalamitate mo nazio

Laurētius vallensis

LAurentius vallēsis vt aūt canonicus. nō min⁹ pbus ꝛ theologus q̄z rhetor ꝛ grāmaticus. hoc tpe clarus exīs. ad ioannē tortellū amicissimū suū Elegantiaz libros sex ex neapoli dedit. quibus nil vtilius excogitari potuisset. Scripsitq; in dialeticā ꝛ in q̄ntilianū cōmētarios dignissimos. Epl̄as q̄z pauli suo mō in latinū vtit. Homez insup ꝛ herodotū ac thucididem grecos latine loqui docuit. Nonnulla etiā alia acri cura ac diligentia conscripsit. inuectiuas etiā aduersus multos cōposuit.

MAtheus palmerius natione florētinus hist̄oricus ꝛ pbus ac orator disertissim⁹. ipis q̄z tpibus viguit. Et inter preclaros viros in cōcilio florētino annumeratus fuit. Chronicā eusebij de temporibus quā diligētissime emēdauit. Et ab anno domini quadringentesimo quadragesimosecundo vsq; ad annū .1448. ipe perfecit.

Blondus hystoricus

BLondus flauius forolimēsis vir doctissim⁹. ꝛ dicendi gra gratissim⁹ cuge nūq; pontificis secretari⁹ dignissim⁹. ꝟ ipo tpe eas ob res multo habit⁹ ē in p̄cio. Qui p̄ter oīones ꝛ epl̄as innumerabiles a se editas. maximā gloriam ytalie cōtulit. q; p̄ ceteris latentē sup̄ mille annos hist̄oriā tanta attigit diligentia. vt duob⁹ ꝛ .xxx. libris. eandē diffuse ornateq; ondent. Jtā omnē ne dū ytalie ꝟ totius olim romani imperij ꝓuinciaz regionūq; statū ꝓpulcre descripsit. Jndeq; de roma triūphante libros .x. Et de roma īstaurata libros .3. ac de ytalia illustrata libros quasi .13. ac alia mlta. Quinq; hic post se reliquit filios bonarum litterarū feracissimos. nec patri inferiores.

Guarin⁹ veronensis

GUarinus veronēsis crisolare bizantini discipulus grāmaticus. ꝛ orator ac pbus eruditissimus. grece latine lingue facundissimus. ferrariāq; legendo docendo et cōponendo cū infinitam pene discipulorz turbā ad se erudiendā traxisset. maximū laudis preconiū ꝓmeruerit. Tandem venetijs postea ferrarie. ꝛ victorinus mantue publico salario vōti. mltos in vtraq; lingua erudire ceperūt Jnter q̄s etiā mantuani ꝛ ferrariēses ꝓncipes fuere. Hic guarin⁹ cū eēt ingenij excellentissimi grāmaticales regulas vtiliter i ordinē redegit. indeq; strabonis geographi europā. ꝛ vitā q̄dam ex plutarcho greco latinas eloquētissime fecit. hūmodi em̄ ipius cōplurime elegantissime oīones ꝛ epl̄e a se edite. Deficiens tandē in senectute bona. ferrarie apud carmelitas sepulcro marmoreo. insigni decorato epigrāmate sepelitur.

GEorgij Trapezuntij virum doctissimū ꝛ apostolicum secretariū cum his floruisse constat. ꝙ ab eugenio pontifice rome publico gymnasio vocatus. mltis annis hyspanos gallos germanosq; viros prestantissimos vna cum ytalicis oratoriā ꝛ poeticam docuit disciplinaz. Rhetoricā conscripsit ꝛ alia.

GRegorius tiphernas rhetor vtriusq; lingue eruditus strabonis asiam in latinū conuertit. Joannes quoq; aurispa secretarius apl̄icus rhetor luculentus in precio fuit. ꝛ quedam cōposuit.

ANtonius guaynerius natione papiensis medicus celebratus. hec ipsa tempora suo ingenio suaq; insigni doctrina clariorem reddidit. Qui in medicinis composuit de febribus. de stomachi egritudinibus. de matrice. de artetica ꝛ iūcturis. ꝛ calculi passione tractatus cōposuit. Feruntur ꝛ ipsius de fluxibus de pleuresi. de peste ꝛ aliqua alia composita laude digna.

Anno mundi. 6646. Anno xpi. 1447.

Nicolaus qntus papa. Thomas sarzanus antea vocatus. a sarzana oppido lucensi agri. humili loco ⁊ familia natus. mre andreola. pre bartholomeo phisico. pontifex oim cōsensu creatur pridie nonas marcias. M. cccclvij. Vir certe tāto principatu doctrina comitate liberalitate magnificentia dignissimus. Laudat enim eius liberalitas qua in omnes vsus e. maxime erga litteratos qs ⁊ officijs curialibus ⁊ būficijs mirifice iuuit. Eos premijs ad coponendum ⁊ aduertendos grecos auctores in latinū ita perpulit. vt lre grece ⁊ latine. q̄ sex centis iam antea annis in situ ⁊ tenebris iacuerāt. tū demū splendorē aliquem adepte sint. Misit ⁊ lratos viros p omnē europiā. quoꝝ industria libri conqrerentur. qui maiorū negligentia. ⁊ barbaroꝝ rapinis perierāt. Hic cū oim virtutum ornatissimus esset. Et in deū ac hominē bene meritus. vno eodemq; anno ⁊ epatum bononiensem ⁊ cardinalis dignitatē ⁊ pontificatus adeptus e. Qui cū pontificatū inijsset pter spem oim. mūdi principes habuit fauorabiles. Jdo motus felix hortante etiā fridrico cesare pontificatu se sponte abdicauit. Qua ex re galerum cardinalatus ei trāsmisit. Et legatū germanie ꝓstituit. Ea cōcor/dia ne dū populus ro. ⁊ etiā totus mūdus a tanta seditione liberatus admodū letatus e. Et fridericus impator creatus vna cū leonora cōiuge ꝓ corona accipienda romā cōcessit. Et ab ipo coronā ⁊ bñdictionē acceperūt. Multa etiā gloriosus hic pontifex in vrbe ⁊ extra edificia magnifice ⁊ splendide edificauit. in vrbe edes pontificias apud sanctā mariā ad psepe. Restituit ⁊ templum sancti Stephani. a fundamētis erexit sancti Theodori tēplū. pantheū in medio vrbis positū. M. agrippe opus plūbeo tecto restituit. In vaticano aūt ⁊ pontificias edes in hāc formā quā nūc cernimus redegit. Et muros vaticani prealtos ⁊ latos inchoauit. Et molē ingentes quibus cohercerī hostes possent. ne edes pontificis ⁊ beati petri templū (vt antea sepe factū e) diriperent. Extant adhuc vasa aurea ⁊ argentea. cruces gēmis ornate. ⁊ sacerdotales vestes cū mitra pōtificia. q̄ bois munificentiā ostendūt. Libros ppulcros auro ⁊ argento redimi/tos magne multitudinis (cum adhuc imprimendi ars non ꝓdijsset) suo iussu exscribere fecit. Elemosinas multas in pauperes ⁊ vgines inopes erogauit. auaricie adeo expers fuit. vt neq; officius vendiderit neq; beneficiū simoniaca prauitate vlli collocauerit. Gratus erga se meritos. amator iusticie. pacis auctor ⁊ conseruator. iubileū habuit. beatum quoq; bernardinū ordinis minoꝝ in sanctos retulit. Tandem siue tedio animi quo maxime cruciabat post captam cōstantinopolim a turcis. siue febre ⁊ podagra. qua potissimū vexabatur. pōtificatus sui anno octauo. M. cccclv. morit. Sepeliturq; in basilica petri. honorificētissima pompa. cum insigni epitaphio

Anno mundi. 6656. Anno xpi. 1455.

Calixtus tercius papa. natione hyspanus ex valentia ciuitate. patre ioanne. matre francisca. genero parentibus natus. alphonsus cognomento borria antea vocatus. libere educatus. Sexto ydus aprilis hoc anno iam decrepitus cardinaliū suffragijs pontifex creatur. Vir certe magni consilij ⁊ vtriusq; iuris peritus. doctor. Et alphonsi regis secretarius. Pontificatu suscepto. Calisti nomen de more suscipiēs bellū turcis statim indixit. Jd se ante pontificatum vouisse ostendens suo cyrographo. ad id perficiēdum predicatores per totam europam statim misit. qui omnes xpianos in turcos animarēt. Et suis opibus eā adiuuarent. Ex bijs autem facultatib⁹ ad sexdecim triremes rome edificatas in hostē misit. patriarcha alq; legatum p̄fecto. qui triennio maritima hostiū asianoꝝ vexauit. Insulas quasdam cepit. ac magnas calamitates hostibus intulit. Alphonsus aūt rex ⁊ burgūdie dux crucis signū suscipientes. ituros se in hostē p̄fitebantur. vel armatos milites missuros. sacerdotibus interea aliquot dierū supplicationes decreuit. Mandauit preterea vt assiduo rogatu deus flecteretur. In meridie campanis signum dari fidelibus. vt orationibus eos iuuarent. qui contra turcos continuo dimicabant. Ea de causa officium transfigurationis domini nostri ihesu christi ipse ordinauit. Jussitq; eo modo atq; cum bijs indulgētijs celebrari quibus celebritas corporis christi in precio habetur. Et ꝓterea ad vsum cassanū persarum ⁊ armenie principē ad reges Tartarorum Ludouicum bononiensem ordinis sancti francisci fratres misit. Cum multis ⁊ magnis mūeribus eos in turcū excitans. qui persuasu hominis magnas turcis calamitates intulere. Pontifex quoq; ad transigenda negocia pontificia animū adijciens beatū Vincentiū hyspanū cōpatriotam suū. Et beatū cadmūdū anglicum in sanctos retulit confessores. Calixtus autem in omni vita integerrimus cum elemosinas xpi pauperibus frequentes dabat in victu parcus. in sermone modestissimus. Moritur pontificat⁹ sui anno tercio mense tercio. die decimosexto. Reliquit centum ⁊ quindecim milia nūmum aureoꝝ. quos in vsus bellicos contra turcos cōperauerat. Sepeliturq; in vaticano ad sinistram basilice sancti petri in tēplo rotundo. quod sancte Marie de febribus dedicatum est. Nicolai impensa antea restitutum.

Linea imperatoꝝ
Fridericus tercius

Fridericus eius nominis tercius impator Ernesti ducis austrie filius. Austrie. stirie. carinthie dux ⁊ comes tyrolis alberto romanoꝝ rege e vita sublato. Anno dñi. 1440. cōmuni voto cesar delectus. Inde coronā regni germanici apud ciuitatem aquensem summo honore suscepit ⁊ imperauit vsqꝫ in pīsens. annis. xx. Is postꝫ discretionis annos attigit mox religionis induit zelum. ceptoꝫ rebus omnibus diuini cultus augmentum ꝓponere. quod sibi ⁊ sue nature bonitas ⁊ nobilitas sanguinis suadebat. Nā domus austrie principes (inter ꝙs plures ⁊ reges ⁊ imperatores flozuerūt) tunc sibi ꝓspere succedere sperauerūt cū diuino cultui bene ⁊ constanter famulati fuissent. Quoꝝ vestigia Fridericus secutus. Defunctis parentibus ꝙprimū tutelā exuit vt locū videret in quo nostra redemptio celebrata est adhuc adolescens transmare nauigauit sacra visens loca. vbi natus saluator. pīsentatus in templo. baptizatus ⁊ tēptatus. vbi cenauit. vbi iudicatus crucifixus ⁊ sepultus ⁊ vnde celos ascendit. Quid multa osculatus est terram vbi fuerunt pedes eius qui nos redemit. felicēꝙ reditum cū gloria habuit. Fuit em̄ princeps catholicus ⁊ pius. etate florida. quā sapientia. grauitas et vite integritas comitabant. corpore strennuus vegetusꝙ ⁊ robustus. aptꝰ ⁊ patiens ad labores. fortis constansꝙ animi. sobrietatis cultor ꝑcipuus. De sua demꝙ mansuetudine. de religione. de iustitia. de prudentia faciendum verbum necessarium foret. Quō neutralitatē eccīe romane nocentissimam ex natione sua sustulerit vt obedientiā germanici populi magno labore. maiori sumptu atꝙ industria eugenio ⁊ nicolao restituerit. Unde secuta est quā nūc fruimur ecclesiastice societatis vnitas. Horremus tm̄ ingredi cū paruo naugio magnū mare. neꝙ nostra historia est que maiestatē tanti principis ꝑ sua dignitate valeat explicare. vetustas em̄ imperij ⁊ amplitudo ac auctoritas ⁊ gloria deducenda foret. ⁊ natio germanica que sibi obsequit. domusꝙ ex qua ꝓgnatus est. Cū ea regū ⁊ imperatoꝝ sedes ⁊ sepe hungarie sepe bohemie ⁊ aliqn̄ polonie reges dedit. que laudes eius habunde demonstraut. Demū ꝑsona ꝓpria que corporis ⁊ animi dotibus egregie pollet. Dura est tamen tacere ꝙ maiestatem tanti principis tenui vt nostra est historia pcurrere. Uereor em̄ ne quis me putet in hoc opere pleraꝙ scripsisse in gratiā imperatoris nostri ac ꝓinde vanitatis arguendus esse. quod vicū a graui viro pīsertim scribente longissime abesse debeat. qui tamen nouit fridericus nemo adulatū dicet. Si eos adulari tantummodo dicimus qui mortaliū facta dictaꝙ supra verū extollunt. Cū hec scripta eius laudes diminute magis ꝙ ampliter attingunt. quis em̄ eius imperatoris egregia facinora habunde retulerit? qui annos tres supra quinquaginta sapientissime imperiū gubernauit. Omnes tandē qui modo regnant quiꝙ regnaturi post hec fuerint fridericū tanꝙ speculū quoddā virtutū contueri appetere arbitror. Si gloriam regionibus. suis ꝓuincialibus quietem parare voluerint. Quā ob rem nō plenam historiam scribo. sed ea duntaxat excerpo eaꝙ pstringo que ad exēpla virtutū ac ꝓbitatis accomodari posse videant. Nunc igit ad sequentia gesta redeamus. Prohibente scismate vsqꝫ nicolaū quintū rome coronari restitit. rebus germanie interim compositis. Quo pontificante ordinatis pīsidibus austrie ꝓsecutus iter ad oppidum sancti viti puenit. ibiꝙ nativitatis dñice festa pegit. Ad quem locū ⁊ ladislaum regē ꝓficisci iussit. Inde villacū se confert. id est oppidū ecclesie babenbergensis supra dranū situm non longe ab ytalie finibus. ibi ⁊ bohemi ⁊ hungari ꝙenerant. domi nobiles ꝙplurimi qui romā videre. coronationē ytalie spectare mores. militie cingulū mereri magnoꝙ optabant. Ibi quoꝙ dux austrie albertus germanus cesaris erat. qui splendidū ex sueuia comitatum ad se vocauerat. Cupidus ⁊ ipe ꝙnis Rome in anno iubileo fuisset rursus ytaliā ingredi ac fraterne coronationis adesse solemnibus. Cesar relicto villaco alpes ascendit que germaniam ytaliamꝙ disiungunt. ꝓmisso alberto cum parte copiarum. ipe regem ladislaum secum ducens kal. ianuarij ytaliam intrauit anno post iubileum primo. Legatos venetoꝝ patricios domi potentes obuios habuit. qui eū ingenti gaudio exceperunt cum clero ⁊ reliquis occurrentes. Ad victum omnia sine ꝑcio administrarunt quocunꝙ cesar in territorio venetorum ꝓuenit. Occurrere frequentes populi. laudare splendidum cesaris comitatum. arma lucentia. decoras iuuenū facies. flauescentes copiosasꝙ comas. lactea colla. cōmendare speciem cesaris imperio dignam. dicere grauem aspectu. prudentemꝙ hominem iudicare. multa super Ladislao rege proloqui. angelicum vultum. quietos mores. virtutes etatem gestus. Potissime autem teruisani singulari affectu cesarem inspexerunt memores olim sub dominatione austrialium se fuisse. quorum adhuc in pretorio signa videntur. Patauini quoꝙ non ignorantes ad imperium se pertinere. Inter hec teutones plurimi ex Sueuia Franconia rhenicꝙ partibus per vallem tridentinam Ueronam Mantuamꝙ transeuntes Ferrariam veniunt prestolantes cesaris aduentum. Ea re cognita relicto patauio ferrariam petijt. vbi borsius leto vultu honoratum se prebuit ac omnem magnificentiam ostentabat. Omissa ferraria bononiā pgit. vbi bessarionē legatū aplicū occurrentem reperit. Inde petiturus florentiam montes appenninos ascenderat. Ingressus postea florentiam exceptus honore maximo. occurrerūt duo cardiales. Parumꝙ aūt florētie morat? donec edes cosme de medicj ceterasꝙ splēdi

te vrbis structuras ⁊ populi magnificentiã spectaret. Senas ꝓfectus est. Cũ sentis esset Leonora filia regis lusitanie filia alfonsi neptis sibi despõsata pisas venit. statura mediocri. virgo annos natu sedecim lẽ ta fronte ingerrimis atq; illustribus oculis. ore paruo. genis ad gratiã rubescentibus ceruice facie cãdida ex integro venusta. Imperatrix igit senas deducta est iciunij scõa die. Occurrerunt primo ciues natu maiores. deinde albertus ⁊ ladislaus. postea clerus. Fridericus cũ legatis aplicis extra duas vrbis portas spõse aduentũ expectabat. qua visa in amplexꝰ ambo venere. Vbi hec gesta sunt Senenses marmoreũ lapidẽ erexerunt. Cesar post iter suũ vrbẽ versus ꝓtinuauit. Apud viterbiũ mandãte põtifice ingens honor illi exhibitus est. Ad ydus marcias ex sutrio iter romã summo mane accepit. ⁊ quicquid nobilitatis in vrbe fuit obuiã datũ est. Venit deinde cesar in eminentẽ collẽ vnde vrbẽ spectare potuit. Leta oĩs nobilitas. cui caput ozbis vrbẽ visere datũ est. cunctarũ gentiũ columẽ romã. vbi de colle descensum est sacer senatus aplicus occurrit. Sequenti die in pratis que ꝓxima crãt vrbi oĩs cesaris comitatus se recepit. Cesar trabea vestitus inter legatos ytalie eminebat. Imperatrix mirificis ornata cultibus portugalẽsibus circũdata oĩm in se oculos attrahebat. Ladislaus hungarie ⁊ bohemie rex tenera etate purpuratus. Albertus germanꝰ cesaris militie ductor obequitans suũ cuiq; locum demonstrans. Duo cesaris vexilla fuerunt. alterum quod sancti georgij vocitant. deinde vexillũ aquile. Postq; vrbẽ cesar intrasset eius equũ manu regere marscalcꝰ nudũ ensem ante cesarem tulit. Epũs spoletanus vicarius pontificis ac plurimi epi ⁊ abbates infulati sanctor reliquias ferentes occurrerũt. Cesar sub aureo panno quod vmbraculũ vocitant siue baldachinũ inductore vsq; ad gradus basilice sancti petri pcedentes. ibi nicolaus pontifex sede sedẽs eburnea põtificalibus ornamentis indutus. senatu cardinaliũ circũstante verbis patermis ⁊ supra modũ benignis Friderici suscepit. qui pedibus eius exosculatis auri massam obtulit. Tum q̃z ladislaus ⁊ albertus ac deinũ imperatrix pedes basiauerũt. Nicolaũ deinde rogat vt ex plenitudine potestatis se rome longobardoꝝ regẽ coronaret. Idibus igit marcijs apud sancti petri summũ altare Fridericũ in regẽ longobardoꝝ coronauit. et Leonora ꝓ oratores despõsata inter missaꝝ solennia. denuo ei renuncta fuit matrimoniũ benedictũ. Absoluta mediolanensi coronatione postride solennitas augustalis cepta est. Romanus pontifex oĩm summam beati petri arã in sublimo throno ꝓsedit. Extra cancellũ duo tribunalia fuere. alterũ friderico. Ienore alterũ deputatũ. Fridericus postq; iusiurandũ beato petro ⁊ nicolao in ea forma pstitit q̃ ludouicũ caroli filiũ iuraſſe decreta ꝓfirmant. alba indutus in canonicũ sancti petri receptus. Inde augustale paludamentũ accepit. in mediã basilice ꝓfectus trinã benedictionẽ suscepit. Exinde ductus ad altare sancti mauricij in scapulis atq; brachio dextro ꝓ veteri more oleo sacro delinitus. similiter ⁊ leonora. Pontifex rẽ diuinã inchoauit. Inter celebrandũ diuerse solennitates a priscis inuente seruate sunt. Sceptrũ quo regia potestas indicat. Pomũ quod mundi dñm ostendit. Ensis qui belli iura demonstrat ꝓ varias vices data. Postremo corona aurea infulata pciosisq; coopta gemmis cesareo capiti imposita. Imperatrix q̃z post cesarẽ coronam ex manibus pontificis accepit. quã ꝓlugis Sigismundi fuisse ꝓstabat. Cesar q̃uis ornamẽta sibi pcio incredibili cõpasset. In hac tn solẽnitate palliũ. ensem. sceptrũ. pomũ coronãq; caroli magni ex archiuis nurmbergensiũ ad se deferri curauerat. Ut aũt coronationi diuinisq; rebus est impositus modus leonora in suas edes secessit. papa ⁊ imperator ad gradus basilice simul venerunt. ibi pontifex palafredũ ascendit. eiq; cesar dextratoris officiũ ꝓ aliquot passus exhibuit. equo deinde conscẽso vsq; ad ecclesiaꝫ sancte marie vna ꝓfecti sunt. Tũc papa in pallatiũ rediit. cesar in pontẽ adriani ꝓfectus ẽ. vbi albertũ fratrẽ pluresq; duces et comites ad militue ꝓuexit honorẽ. ter quemq; gladio ꝓcutiens. Trecenti eo die pcussi milites referunt. deinde cũ sol occideret ad lateranũ se cõtulerat. splendidũ ibi ꝓuiuũ habuit. Imperator igit Fridericus millesimo quadringentesimo quinq̃gesimo scõo anno. die. xviij. mensis marcij imperatoria corona donatus. Alfonsi regis aragonũ precibus oneratus vt neapolim sese cũ imperatrice ꝓferret. statuit tanto regi honorẽ gerere. Ad regẽ igit amicũ ꝓfectus ⁊ post eũ leonora. Qua aũt magnificentia neapolim imperator introierat ꝓsultus arbitror reticere. Alfonsus qui antea neptẽ suã nunq; vidisset nuptã ⁊ in alto locatã amplexus est. Mansit illic cesar ⁊ sanctã ebdomodã ⁊ octauã pasce. Ostendit quoq; alfonsus thesaurꝰ suũ quicq; pciosum habuit. Inde cesar naues ascendit romã peturus. Imperatrix octo diebus apud auũculum postea mansit. deinde manfredoniã profecta est atq; illo ex loco ꝓ mare venecias nauigauit. Cesar romam rediens triduo ibi mansit. Rediens deinde borsium estensem mutine ⁊ regij lepidij ciuitatum ducem creauit qui pro tanta dignitate suscepta monile pciosum dono cesari dedit. quod patrem vno ⁊ viginti milibus aureis emisse ferebat. Is (postq; solennitas ducalis absoluta est) ingressus nauem ꝓ fluẽta padi venecias petijt. Cum ciuitati proximus esset nauigia infinita ⁊ artificũ ⁊ nobilium occurrerunt mirabiles ludos prebentia. Franciscus fostari dux venetũ vir grandeuus qui triginta ⁊ amplius annis reipublice prefuerat cũ trecentis senatoribus obuiam venit. inauditam insolitamq; festiuitatem vniuersos ostendere. Mansit autem apud venetias diebus decem. Sumptus ei ⁊ consorti sue magnifice non solum in vrbe sed in omni eorum territorio prebiti sunt. Deinde recedentem senatus vsq; ad littus ꝓfectus est. Fridericus post missa ytalia cum germanie metas attigisset. horribile visu dictu mirabile videri potest. q̃turbidam aeris faciẽ mutatũq; celi vultum offenderit. quod presagium future cladis multi iudicauerunt. Presertim cum intellexerant quosdam principes res nouas in germania ⁊ hungaria moliri ob regem ladislaum adolescentem. Petentem em ytaliam cesarem rogauerunt australes vt Ladislaum in paterna hereditate apud se dimitteret. Reiecta petitione. auctoribus duobus Vlricis Altero alue comite. altero eytzingero sumptis armis rebel

lauere. Redeūtē ex ytalia fridericū apud nouā ciuitatē obsidione cinxere. Quib⁹ ꝛ henricus rosensis natione bohem⁹ cū ducētis eq̄tibus ꝛ mille peditib⁹ se adiūxit. Cessit furēti pplo fridric⁹. pupillūq; adhuc tenēq; dedit. q̄ summa alacritate apud viēnēses excepti⁹ est. Hic gloriosus impator inter liberos ex leonora susceptos primo cristofeq; habuit quē immatura mors abstulit. Et maximilianū ducē burgūdie postea regem romanoꝝ. cū filia margareta vxore ducis alberti ī baioaria. Australes aūt ꝛ si fridericū cesarē accersiti bohemis in noua ciuitate ꝛ in viēna obsederūt. Eo demū redacti sunt. vt victores ex victo pacē peterēt atq; in eā rem auri sex milia mūmū quotannis pēderent. Nouissimis aūt diebus cū mathia hungarie rege bella varia gessit. q̄ ei nōnulla incōmoda. ꝛ pāpue australibus intulit. Viennā ac nouā ciuitatez in austria abstulit. Que post mortē mathie fili⁹ maximilian⁹ pī reddidit. In plerisq; tñ locis. cū ei semp ingens cupiditas pacis ꝛ otij fuit. xp̄ianoꝝ principū ꝓpter turcoꝝ incursiones cōuentū pāpue anno. 1471. Ratispone edixit. Et post aliq̄s annos Nuremberge. cū oēs ꝓpriū cōmodū q̄rerēt. impauit vt ab armis discederēt ꝛ pacē inirēt. Ratus venisse tps. gladios in turcoꝝ ꝛ infideliū nō in xp̄ianoꝝ viscera ꝓuerti debere. Quā obrē anno salutis. 1486. filiū ei⁹ maximilianū ꝓsortē regni fecit. vt qō p̄ senectute adimplere non posset. ꝓ filiū regē ꝓficeret. Cū itaq; cesar nr̄ inclitus habūdat potentia numero boīm ꝛ copia gentiū. etasq; ꝛ prudentia ꝛ magnificētia ꝓueniāt (q̄ pāpue sunt ad res arduas capescēdas) Speram⁹ vt ille aut fili⁹ eius det pacem ecclesie. Et cōponat nō mo principat⁹. ꝛ omnē pplum xp̄ianū. ꝑ vniuersum orbē ad vnicā verā fidem xp̄ianā ꝛ sanctā deducet eccīam. ad altissimi dei gloriā ꝛ honorē. ꝑlimationemq; throni sui cū laude perpetua ꝛ eterna salute. Quod vt diebus nostris conspicere valeamus pietas diuina concedat.

S. Bernardinus

Bernardin⁹ senen⁹ ordinis seraphici franciscī professus. ꝛ instaurator egregius sua etate declamator. Is apud senam vrbē ethrurie nobili loco nat⁹. qui postq; lr̄as didicit. ac pōtificij iuris aliquā peritiā habuit. p̄monio q̄ non tenue a parentibus iam vita functis accepat inter xp̄i paupes erogato. abnegās seculi pompas. ad religionē diui francisci sese recepit. Amatorq; paupertatis eximius. cū ordinē illū labentē ꝛ institutionē primeua longe remotū offendisset. reducere fratres in viā. cū diu frustra conatus fuisset. Neq; cū indurati maiorū cōuentuū mores flecti poterāt. Vocatis ad se nōnullis quos sanioris mētis inuenit. seorsum habitare instituit. bijsq; domos ab vrbibus remotas ex elemosina struxit. Jubēs oēs vt p̄ris francisci volūtas fuerat nudis pedib⁹ ambulare. vestes laneas sine lino habere. cibo vinoq; vti modico. plumās oēs effugere. ī sacco dormire. nihil de crastino esse sollicitos. ꝓprij nihil tenere. pecuniā vti venenū malāq; pestē fugere. victū elemosina q̄rere. humiles eē. populis xp̄m ꝛ būc crucifixū p̄dicare. que oīa primus ipe implebat. sobrius pater in p̄dicationib⁹ adeo plebi acceptus. vt alter paulus crederet. per. xxx. ꝛ eo amplius annos vniuersam ytaliā predicādo circuiit. quibus rebus adeo religionē auxit vt ꝙquaginta ꝛ ampli⁹ cenobia ꝑ ytaliā sui ordinis a fundamentis erexit. ꝛ fratribus implerit. Hos ei fuit inter p̄dicandū nomē ihesu aureis litteris in tabella depictum ostendere. Cui⁹ rei nouitatē cū plerisq; improbaret. a martino pontifice iussus ē nouū ritū relinquere. hūc in nomine ihesu curasse morbos. ꝛ fecisse miracula nō est ambiguus. Tandem apud aquilani brutiorū vrbem terrene vite cursu pacto. ad celestem lucem migrauit. vbi corpus eius sepultū. tercio ꝛ sexagesimo vite sue anno. miraculis coruscat. Ideo nicolaus quintus pontifex anno salutis. M. cccl. in iubileo adnitente ioanne de Capistrano sanctoꝝ ordini asscripsit ac in catbalogo beatoꝝ patrum redegit.

Jubileus hoc anno. M. cccl. rome frēqntissimus hominū frēqntia fuit qui annus gratie magnus fuit vt quēadmodū ex lege veteri corpalis ꝛ animalis seruitus anno ꝙquagesimo extingueretur. Remittenturq; culpe. ꝛ onera peccatoꝝ oīb⁹. qui limina sanctoꝝ apostoloꝝ sincera mente ꝑquirerent. Ingens igitur populi multitudo. ex oīm xp̄iano solo ꝑ hunc annū romā petebat. Licet aūt quadragīta ꝛ amplius hominū milia diebus singulis ꝑ vrbem templa foraq; vaderent. dissoniq; mores. deformes habit⁹ ac diuersa linguaꝝ genera cōcurrerent. Sapientia tamē pontificis actum est. vt neq; victui necessaria defuerint. neq; tumultus intercederint. Unica tamen horrenda visu ꝛ auditu stupenda. paucis diebus ante finem iubilei calamitas accidit. Nam cum circa vespertinā horam basilicam sancti petri frequens ppli multitudo peteret. neq; minor iam recepta benedictione rediret. Facta est in ponte quem sancti angeli vocitāt. Ingens euntiū ꝛ redeūtiū concursatio. Cūq; hij atq; illi a supuenientibus vrgerent premerēturq; turmis accidit alios ruere. alios sup ruentes vadere. Cūq; nōnulli equis mulisq; veherent cum iumētis vna prostrati calcatiq; sunt. Inde maius discrimen ortum. Nam parietibus pontis equato iacentiū cumulo. quā plures in tyberim ceciderūt horrendum spectaculū. alij vndis absorpti. alij inter hominū brutorūq; pedes oppressi animas exularunt. quoꝝ corpora diligenter quesita. Romanus pontifex accurate sepelunt. Exequiasq; hijs solēnes fecit. Capellamq; marmoream in eodem ponte paulopost construxit. diuturnū tante cladis memoriale.

Huic precedēti pestilētia ingēs q̄q; primo in asia exorta. ac deinde per illiricū dalmaciāq; in ytaliā serpens. plures postmodū annos ad vltimos germanie ꝛ galliarum fines misere. per oīes fere populos debachabatur. Deinde in locis ytalie ꝛ q̄maxime mediolani deseuit. Sequēnibusq; annis vbiq; peste laboratum est. vt pauci de multis superfuerint. Quod quidem malū preter penuriam magnam. Etiam superioꝝ solis defectio ꝛ frequentes terremotus indicauere.

Alfonsus rex

Alphonsus fardinandi arrogonie regis filius. Cuius pater ioānes vltertonis byspanie rex. qui currentis equi lapsu exanimat⁹ fuit. āno. 1442. renato supato. z pulso in regno neapolitano succedēs regnauit annis ferme. 22. Cū diu antea regnasset in arrogonia z sardinia atqz byspania annis multis. Renatus ēm rex ludouici andegauēsis frater. ex francoꝝ genere natus a ioanna regina contra alphonsum regē in apulio regno vocatus cū quatuor annis regnasset deiicitur. qui massiliā vñ in minio venerat mari reuersus ē. Huius alphonsi pater vir sanctus cū decessisset quatuor post se reliquit filios. alphonsum. ioannē. heinricū z petrū. Hic cū maior natu esset regnū paternū obtinuit. Et bellicarū rex gloriaz pacis laudibus pferens ad id regnū oculos adiecit. in id magna classe deuenit. Et pfectum arcis mariime ad ꝓditionē pellexit. z castellū cepit. inde bellū neapolitanis intulit. Mortua aūt regina cōtra renatū mouēs adeo neapolitanā vrbem longa z durissima obsidione fatigauit. vt multi fame perierūt. Tandē noctu ꝑ cuniculū furtim militibus intromissis vrbē cepit. z paulopost vniuersis regni ꝓceribus domitis vniuersum regnū in suam potestatē redegit. Eoqz tanto regno pacato neapolim rediēs. curru aureo triūphās vrbē inuectus ē. post magnifica gesta. Cuius dicta ac facta antonius panormita poeta clarissimus diserte pscripsit. qnto kal. iulij. clausisse oculos traditur. nullis ex se relictis filijs legitimus. nisi tantū ferdinādū adhuc extantē ex cōcubina filiū. quē z in apulie regno ex testō heredē sibi dimisit. In arrogonie aūt regno Joānes frater successit. Reliquit aūt hic inclitus rex cū super tria regnasset regna. tantas diuitias quātas vnqz vllus alius ꝓdecessoꝝ regū fecerit. qui sine ꝯtroversia regū principūqz omniū quos nostra etas tulerit. z sapientissim⁹ z fortissim⁹ habitus ē. Rex inter voluptates moderatus inter adulatores firmus inter vana pleraqz principum exercitia doctrine studia haud omisit.

Julianus cardinalis

Julianus cesarinus cardinalis diaconus. Vir fidei xp̄iane amator feruentissimus. Et oīmbus vtutibus tam diuinis qz humanis ornatus. quez supioribꝰ diebus. eugenius pontifex legatū in vngariā ad cōponendū inter ladislaum polonie regem z vxorē alberti impatoris pacē miserat. anno. 1444. apud budaz regni vngarie caput inter ipos optimū pacis fedus iniisset. Eo etiā rege ipm z vngaros omnes deduxit. vt magno cōparato exercitu contra turcos europam occupare volentes' pficiscerent'. Qui turcoꝝ fines cū ipo exercitu hostili animo ingressi. Inter danubiū fluuiū z andrinopolim a solis ortu vsqz ad occasum cū hostibus pugnātes. ad quadraginta turcoꝝ milia eo in cōflictu occiderūt. inter quos decem z octo ex primoribus eoꝝ principibus cecidere. i qua tamē pugna ladislaus ipe polonie rex viriliter pugnās sagitta saucius interijt. Julian⁹ aūt ipse mortuo rege ceteros in plio exhortās. diuz xp̄iani ex militudie turcoꝝ terga vteret ꝓ xp̄i noīe occubuit.

Franciscus Sforcia

Franciscus Sforcia philippi marie ducis gener. Anno. 1448. tercio kalē. marcij. iure hereditario potitus. Quart⁹ mediolanensiuz dux efficitur. Et vna cum vxore blanca maria regnauit annis. 16. z mense vno. Vir certe indicendo acerrimus z eloquētissimus. qui sua eloquentia magnanimitate fortitudine. liberalitate. z prudentia. veteres quasi imperatores superauit cum in re militari victoriosissimus fuit. Qui etiam ipsa in iuuenili etate quantas in primis contra bracium. contra florentinos venetosqz. contraqz eugenū pontificem. contra mediolanenses z alios ytalos obtinuerit victorias. multis in locis clarissima extāt trophea. Et que clarissime gesserit in multis poetarum oratorumqz scriptis versantur. Qui etiam permagnifice z splendide tum mediolani. tum alijs in vrbibus edificauit. Et in primis castellum iouis mediolani. aliud in lauda ciuitate cōfecit. hospitale magnificentissimū in vrbe fundauit. Extra portaz cumanā apud sanctaz mariam incoronatam. monasterium cum ecclesia diuo Nicolao de tolentino dicata suasu vxoris blanche marie a fundamentis edificauit. Tandem sex post se relictis ex vxore masculis z ducibus femellis. anno a natiuitate domini. M. cccclxvi. marcio mense mortuus est. funeratus ingenti pompa in maximo vrbis templo loco sublimi.

Solis defectus anno. M. cccclviij. quarto kal. septembris hora sexta facta est. Quo anno maxima z cruentissima bella multis in locis surrexerunt. in anglia ēm z in gallia germania. flandria. perusia. pānonia. apulia. ac in vniuersa ytalia (vt dictum est) cedes rapine direptiones. incendia. vastationes. z infinita prope mala et damna subsecuta sunt. grecis autem mortuo amurate turcorum principe. multo maiora illata sunt damna. z seuiora bella a mahumeto eius filio excitata sunt. Sequenti deinde biennio tanta vbiqz fuit pestis vt de multis pauca remanserunt. Id etiam malum frequentes terremotus indicarunt.

De expugnatione constantinopolitane vrbis anno .1455.

Constantinopolis ciuitas orientis imperij sedes ⁊ vnicũ grecie domicilij sapiẽtie hoc anno q̃rto kal. iunias a mahumeto turchoꝝ principe p. 50. dies obsessa vi ⁊ armis expugnata diripit ⁊ fedat anno regni mahumeti tercio. q̃ coactis vndiq; copijs mirabili apparatu terra mariq; regiã vrbe aggressus. cuius descriptio in superioꝝ habita ẽ. Ad terciũ aũt diẽ captato vrbis situ machinas innumeras craticulosasq; ex virgultis vimibusq; ꝓtextas q̃b⁹ pugnãtes tegerent fossatis admouit. Erat aũt murus fortis. q̃ tñ machine cã horribili cedebat. Bombardaq; ingens turri iuxta sctĩ romani portã collidit. cui⁹ ruina aĩmuralis fossatũ replet equatq; vt via hostibus pateret. At cũ turch⁹ trib⁹ iã locis ꝓcussis lapidibus muros despera ret. Memorato cuiusdã inuidi xp̃iani ex colle biremes intromittere curat. Est em̃ port⁹ ille in lõgũ angustũ q; ptract⁹. cui⁹ orietalẽ plagã colligate naues ⁊ cathena muniebant. inde hostib⁹ aditus impossibilis erat. quã ob rẽ vt coangustaret circũuallaretq; magꝭ vrbẽ tussit in via eq̃re ex colle suppositis leuium vasis lacer/ toꝝ vt ad stadia septuagita trahi biremes. q̃ ascẽsu graui⁹ sublate postĥac eo apice in decliuũ ad ripã leuissi mẽ sin⁹ introrsum vebebãt. Inde põtẽ lõgitudis stadioꝝ circiter. xxx. ex ripa vrbi oppoĩta q̃ vasis vinarijs colligatis sub constructis ꝓfixisq; lignis q̃ exercit⁹ decurreret ad murũ. Dyametralisq; cinctio ingressuꝝ trans situue phibebat. Tandẽ dato signo vndiq; nõ solũ ꝓstãtinopolis orientis columen. ꝟ ipa q̃s pera ne q̃d au xilij grecꝭ pstaret oppugnari cepta ẽ. Turchi rursus subruere murũ portasq; q̃tere innixi. Cernit varia pere untiũ forma ⁊ plurima mortꝭ imago. Cũq; defensio remissioꝝ fieret turchi aniaduertentes acri⁹ incũbũt. In ingressu demũ porte octigẽti circiter milites ex latinis grecisq; periere. ⁊ iã hostꝭ supioꝝ muꝝ tenebat sara i ciues deuoluens. Cũ subito capta vrbe celsis oib⁹ in rapinas itũ ẽ. In hui⁹ aũt vrbis populatiõe cõstãtin⁹ paleologus ⁊ ipe mre helena genit⁹ orietis impatoꝝ capite trucat⁹ regni sit ⁊ vite finẽ fecit. datis q̃s edictis vt a sex annis supra oes vtriusq; sex⁹ pson̄e necarẽt. sacerdotes ⁊ vniuersi monachi diuersis tormentoꝝ ge neri⁹ necati sunt. Reliquũ oẽ vulgus gladio datũ. tãta sanguinis effusio vt riui cruoris p vrbẽ currerent. Sic nobilissima vrbs p constantinũ primũ cõdita in manus infidelium venit. Ab eius ꝓditione M.c.xxx. vl circa. Quibus gestis omnia in predã dedit. sacra templa fedauit. postremo turchi varia nephanda pegerũt

Constantinopolis expugnatio a turchis

Sumcassianus felicissimus psarū ⁊ armenie rex. cui xpiū nomen assimbe⁹ Anno. 1454. senza persaꝝ rege deuicto ac interfecto persis imperare cepit Hic pmū regulus armenie cū esset aio vasto. bello potēs ac sciētissimus pfepe paucioribus copijs magnos fuderat exercit⁹ ⁊ senzo rege interfecto filiū captū in psarū regē coronare velle finxit ⁊ vsq; in tbauris vbē q̄ psaꝝ columen ē. pfi- cisci oīa oppida ⁊ arces occupās. cū satis sibi cautū putasset nouū regē obtrū- cans psico regno pont⁹ ē ⁊ sumcassian⁹ appellat. qđ latine magnū virū signifi- cat. qui postmodū bactrianos. medos ⁊ parthos ⁊maiorē partem orientis sibi subegit. Cū eo calixtus pōtifex amicitiā inchoauit ⁊ magnū honorem pontifici detulit. Cui⁹ etiā suasu magnas turchis calamitates intulit. Ad hunc senat⁹ ve- netus nigropōte pdito quēdā oratorē misit q̄ auxilia ptra othomannū turchum expostularet. Rex ab eo exorat⁹ pfectum copias suas recensuit ⁊ pmo impetu si- nā ciuitatē cepit. Inde trapesuntiā inuasit vbi ad. xxx. milia turchoꝝ interfecit Post nō lōge ab armenie mōtibus bis ad inuicē pflixere plīo. vt plures e tur- chis neci dati sunt. inde aliq̄t interiecti diebꝰ cū turchoꝝ rege pace iniit ⁊ natos mutuo pfugio copulauere

Sumcassian⁹ rex psaꝝ ⁊c

Johannes capistranus

Johannes de capistrano p̄ idē tps aprutio oppido nō longe ab aquila vbe cō stituto ortus. ordinis beatissimi francisci pfessus xp̄iane religionis acerrim⁹ et egregius p̄dicator. Ex aplica tussione theutoniā ingressus est ac p̄ carinthiaꝝ ac stiriam venit in austriā. Cui sacerdotes ac plebes cū sanctoꝝ reliquijs obuiauerūt Cuiq; veluti aplice sedis legatum ⁊ dei nuncio susceperūt. Johanni occurrere oēs accole vestimentoꝝ eius fimbriā aude contigere. egrotes ⁊ male habentes aīa pe des eius attulere. e quibus pleroscq; sanitati redditos rumor fuit. Morat⁹ est aut̄ in germania diebꝰ aliquot viam dñi p̄dicans. mortalesq; omnes ad penitentiā vo cans. Inuitatus aūt iohannes nurnbergā vbem germanie petijt vbi vndiq; po puli motus fuit. viri ⁊ mulieres impetū fecerūt. intueri virū lacrimas letitie deuo tionisq; mittere. leuare in celū manus benedicere venienti. laudare mittentē. tange re. oscilari qui ꝑe sunt vestimēta veluti celo missum ⁊ angelū dei respicere. apud minores deinde sui ordinis fratres exceptus est. ibi cubaria sibi suisq; comitibus ministrata sunt. Vitā in hūc modū duxit. vestitus dormire. ante lucē surgere. ma- tutinū. laudes. primā. terciā orare. diuina deinde celebrare. bisq; pactis sermonē ad populū latine pnunci are. post hec interpres que dicta sunt ab eo cętū capax est exponere populo. Finito sermone ad cenobiū sui ordinis reuerti. ac sexta ac nonis completis infirmos visere. diu apud eos morari. manus omnibus impo nere. Birretū sancti bernbardini ⁊ cruorē quē illi mortuo e naribus fluxisse ferunt singulis egrotantibꝰ se admouere. precari supplex pro omnibus. exinde cenare. demū bis qui se accedūt audientiā pbere. morve- speras dicere. bisq; pletis ad egrotos reuerti atq; cū bis vsq; ad noctē se exercere. Cūq; demus pletorio et alijs dilectis p̄cibus expletus corpus quieti dare minimū esse. quod somno ferme nihil. Ad reuisendos sacre scripture codices pusillū furari temporis. sic homo quasi celestē vitā in terris agere immaculata abs q; sorde. quē pusillū corpore nurnberge vidimus. etate senecta. annos q̄nq; ⁊ sexaginta natū. siccū. aridū exhaustū. sola cute neruisq; ⁊ ossibus ꝑpactū. letū ꝑ ⁊ in labore fortem. sine intermissione singulis diebꝰ predicantē. altas ac profundas materias absoluentem. Ferunt ⁊ hūc cesarē fridericū cupide audiuisse. nul tisq; sermonibus eius interfuisse. ac vestimētis cū sacerdotalibus donatū cū apud viennā ⁊ australes aua ritiā calcauit. libidinē subegit ⁊ honores seculi fugit. tandē cū cū honore dimisisse. Cūq; audissent innume rabiles xp̄ifideles a turchis capi ad pannoniā accessit suis exhortationibꝰ grandi exercitu ibidē congrega to ꝓra turchos impetū fecit. ⁊ populū exhortantē apud belgradū trans danubiū oppidū tanto ardore xp̄i cole pugnarunt vt magnū de inimicis reportarunt triumphum ⁊ ferme ad sex ꝑmilia occiderunt. Eo demq; mortuo magnis eū coruscare miraculis ferunt.

Frācisc⁹ philelph⁹ poeta

Francisc⁹ philelphus anconitanū ex vetusto Tolletini oppido natū eqtē quidem laureatum. ⁊ līaꝝ tam grecaꝝ q̄ latinaꝝ excellentissime doctum ad hec vsq; tempora cū magna fama quemisse constat. qui ⁊ grecā pariter ⁊ latinam orationem semp exercuit. In omni genere scilicet dicendi ⁊ prosa ⁊ carmine. Is itaq; consolare bizantini auditor ⁊ gener fuit. qui cū ab eo doctissimus euasisset. primū apud venetos. postea apud florentinos. senenses. bononienses. ⁊ demū mediolani philippo maria duce vocatus grecas latinasq; lras plurimos docu it. ⁊ ibidem vsq; ad hec ferme tempora sub quatuor ducibus cū annua pensione fuit. vbi libros a se editos dereliquerat scilicet Epborcidiarū Satyraꝝ. de locis et serijs. lyricoꝝ. cōuiuioꝝ. de morali disciplina. epistolare tā grecaꝝ q̄ latinarus Orationes. 60. oratione soluta. Hippocratis libros de flatibus ⁊ corpis passio- nibus ⁊ in plutarco vitā galbe ⁊ othonis transtulit. Obijt demq; bononie anno salutis nostre M.cccc.lxxxi. nonagenarius.

Leonbardus de vtino ordinis predicatorum professor ⁊ sacrarum līaꝝ doctor tum diuinoꝝ eloquioꝝ ⁊ studiorum humanitatis doctrina. tum multa prudentia ⁊ cum gratitudine claruit. ⁊ multos ꝓmo- nes ad populos erudiendos ⁊ de sanctis per totum anni circulum post se reliquit.

Turasse fridericū imperatorē nunq̄ comptū ē nisi cū in ciuitate aquensi apud belgas. ⁊ cū rome coro-
natus est. idq̄ turamentū constantissime tenuit. Cū ēm tureturando ꝓmisisset que bona possideret impe
rium nullatenus alienaturū. ⁊ modo hoc modo illud ex eo peteret malut auarus negando q̄ concedendo
periurus videri. Eā ob causam petenti borsio marchioni estensi ducatū mutine tamdiu restitut donec mon-
stratum est. Cū ducatum qui sub annuo tributo concederet lucri magis q̄ alienationis speciem habere. p̄
sertim cū mutina ⁊ regiū in potestate sua non esset. ¶ In eū quoq̄ fridericū cesarem terciū cū nonnulli di-
cta probrosa iactassent. referentibus aulicis. an nescitis inquit fridericus. principes quasi signū ad sagit-
tas expositos esse. Turres quidem fulgura prealtas ferunt. humilia tecta preterunt. At nobiscum bene
agitur si verbis tantum impetimur

Ladislaus rex bohemie et hungarie

Ladislaus hungarie ⁊ bohemie rex ac dux austrie filius alberti cesaris ⁊ si
gismundi imperatoris nepos. Cū postumus nascebat. qui mox vt in lucē
prodit apud albā regalē ⁊ baptismū xp̄iane fidei signaculū ⁊ militie cingulum
et sacrā hungarie coronam (quam mater penes se habuit) cadē die accepit. Inde
sublatus in tutela friderici cesaris duodecim ferme annis fuit. cui mater ⁊ ipm
⁊ coronā cōmendauit. Cū cecidisset in bello vladislaus polonie rex qui regnum
hūgarie assumpsit Ladislaꝰ cōi procerū ꝓsensu rex designat. suisq̄ auspicijs de
inceps in turchos pugnare cepit. Rex āt paulopost magnificētissimis appara-
tibus bohemiā petijt atq̄ in praga summos honores consecutꝰ regni coronā ac-
cepit. mansit ibi nō quo tpe nec vnq̄ hereticoꝝ eccias intrauit. prꝰ tñ q̄ rediret
in austriā vratislauiā nobilē vrbez inuisit flesitauꝫ caput. Postea comes cilie a la-
dislao hunnadis filio in castro regio obtruncat. Offensus ea re regiꝰ animꝰ do-
lorē tñ suppressit. Rex budā se ꝓtulit vbi hunnadis filios in carcerē rapi iussit. p/
cussorē comitis ladislaū natu maiorē capite plecti. mathiā captiuū duxit ī austri
am. In austria de puge regi tradenda diu agitatū. multe virgines offerebant. verū nobilissimo regi nulla
dignior visa est margaretha Caroli regis francie filia. placet legatos mittere qui sponsam petant. De loco
nuptijs eligendo ꝓtentio exorit. hungari budā. australes viennā. bohemi pragā tante celebritate deputan
dam aiūt. factione tñ georgij pogiebracij solennitas prage destinata. Ordinatis austrie rebus ingenti rex
apparatu bohemiā petit. Inde due legationes misse. altera ad fridericū imperatorē de pace. altera ad carolū
frācie regē filiā adducturā. In ea legatione. 800. equites profecti sunt. quadrige aurate. matrone ⁊ virgines
splendido apparatu que sponsam ducerent. Imperator ⁊ augusta vocati. ambe regis sorores ⁊ cuncti ger-
manie principes. ꝙ hos cogitatus immatura mors regis interrupit. Ladislaꝰ igit. x. kal. decembris egro-
tare cepit. Cū medici accersiti desperata salute. Georgius vocatꝰ cū quo plura locutus. finito ꝙmone de cu
ratione aie actū. xp̄iano more sacramenta exhibita. vbi aīa amplius dimorari nō potuit. sacrā candelam pe
tijt ⁊ intuens saluatoris imaginē oratione dñicā orsus ꝓnunciato ꝙ libera nos a malo nil amplius locatus
mortalis vite lumen reliquit. O inanem gloriam. quid dignitates. opes. potentiam tantopere flagita-
mus. Ladislaus nobilissimus adolescens duo de viginti natus annos in ipo etatis flore tot regnis ⁊ genti
bus imperans intra. uij. ⁊. xxx. horas postq̄ egrotare cepit extinctus est. Morte eius alij morbo. alij vene/
no imputauere. qui ad. viij. kal. decembris regia pompa in sinu proaui sui caroli quarti romanorum impe
ratoris sepultus fuit in edē sancti viti prage.

Theodorus thessalonicensis vir greca latinaq̄ lingua apprime eruditus. pontificis iussu quom alia
egregia grecoꝝ volumina tū theophrasti de arboribꝰ plantisq̄ opus insigne in latinum conuertit.

Varia nunciata prodigia anno M.cccc.lvi. in sabinis mense februario vitulū capitibus duobus ortum
rome sanguinē apud veneris portam. in liguria carnes pluisse. In agro piceno ortus infans denti-
bus sex. facie insolite magnitudinis. future calamitatis que postea secuta est magna ꝓfecto indicia.

Cometes gradu. 15. cancri in oriente mense iunio visus est. Inde anno
sequenti cometes quā nigrū appellant M.cccc.lvij. anno iunio men-
se gradu. 20 piscū p mensem visus varie mortaliū mentes affecit.

Maumetes turchoꝝ imperator ad thaurinū oppidū quod nūc albaꝫ di
cunt ad confluentes sauū danubiūq̄ situ a paucis xp̄i cruce signatis
fusus fugatus castris exutus est. Johannes genere hispanꝰ cardinalis san
cti angeli magnas illic copias cōparans. quo cū erat iohānes capistranus
de quo cōciti pānonij ad insequēdos barbaros maximā stragē infinito ho
stium numero parua manu edere. Bellū aūt gestū est die sancti sixti. qui ē
viij. ydꝰ augusti. ob idq̄ calixtꝰ. iij. pō. eo die trāsfigurationez dñi ꝓstituit

Terremotus pmaximus anno dñi. M.cccc.lvi. die quinta decembris hora noctis undecima. Et iterus
xxx. die eiusdē mensis hora. xvi. fuit vt in memoria hominū nō sit ⁊ nusq̄ legit tam vehemētes fu
isse ⁊ tam magnū spaciū terre occupasse. pcipue in regno apulie. In neapoli beneuentoꝝ multis alijs ciuita
tibus ⁊ villis circūstantibus. ex quo multa templa ⁊ in neapoli pallatia. domus cuz interitu magno hoīm
pecorūq̄ corruerūt. Et in terra laboris capue. caiete. auerse ceterisq̄ veteris campanie vrbibus. Fuerūt ni-
hilominus ⁊ alij terremotus pcepti inter pmū ⁊ scōm etiā postea ꝙ tenues ita vt nullum damnum edificijs
ac personis intulerunt.

Linea summoꝝ pontificū



Pius secundus

Paulus secundus

¶ Anno mundi. 6657. ¶ Anno xpi. 1458.

Dispositione summi dei sic ordinatū est. vt mutatū hoc seculū. decurso tēpoꝝ spacio terminum sumat. Extinctaq; protinus oīi malicia. ⁊ pioꝝ animis ad beatam vitā reuocatis quietum tranquillumq; pacificū. aureū deniq; vt poete vocant seculū. deo ipo regnante floreſcat. Impletis igit temporibus q̄ d⁹ morti statuit. terminabit ipsa mors. Et q; tempalem vitam. tempalis mors sequitur. Consequens ē. vt re surgant anime ad vitam pennem. quia finem mors tempalis accipit. Rursus sicut vita animi sempiterna est. in qua diuinos ⁊ ineloquibiles immortalitatis sue fructus capit. Ita mors eius perpetua sit neceſſe ē in qua perennas penas ⁊ infinita tormenta pro peccatis pendit. Propinquante vo huius termino seculi. prodigia mirāda per omnia elementa mūdi fient. Quibus imminēs exitus vniuersis gentibus intelligat. Diuus quoq; Hieronimus ex annalibus hebreoꝝ signa. xv. dierum ante diem iudicij refert. an vo continui sint vl interpollati. non expreſſit. Prima die eriget se mare cubitis. 40. super altitudinē montiū. stās in loco suo quasi murus. Secudo tantū descendet vt vix possit videri. Tercio marine belue apparētes sup mare dabūt rugitus vsq; ad celum. Quarto ardebit mare ⁊ aque. Quinto herbe ⁊ arbores dabūt rorem sanguineū. Sexto ruent edificia. Septimo petre adinuicem collidentur. Octauo fiet generalis terremotus. Nono equabitur terra. Decimo exibūt homines de cauernis. ⁊ ibunt velut amētes nec poterunt mutuo loqui. Undecimo surgent ossa mortuoꝝ. ⁊ stabūt super sepulcra. Duodecimo cadent stelle. Terciodecimo morientur viuentes. vt cum mortuis resurgant. Quartodecimo ardebit celum ⁊ terra. Quintodecimo fiet celum nouū. ⁊ noua terra. ⁊ resurgent omnes. Aperientur igitur inferi ⁊ resurgent mortui. de quibus iudiciū magnū ipe rex ⁊ deus faciet. Cū dies iste finē fatalē acceperit ⁊ mortales ad iudiciū immortalis dei venerint. Veniet igitur summi dei filius vt viuos ⁊ mortuos iudicet. Apparebit autē dominus in aere supra locum vnde ascendit. Instrumenta quoq; mortis veluti triūphi vexilla. crux. claui. lancea. Videbuntur quoq; eius cicatrices quinq; vulneꝝ. Ac in valle ioſaphat oīs homo iudicabitur. Sed cū mūdi ⁊ mortaliū venerit iudiciū. quod deus ipe faciet iudicans pios simul ⁊ impios. Tūc denū impios quidem in ignem ⁊ tenebras mittet. Qui aūt pietatem tenuerūt iteꝝ viuent spiritu dei dante honoreꝝ simul ⁊ vitā. Quod non modo pphete futurū esse ex dei spiritu: verūetiam vates ⁊ philosophi vt hidaspes ex instinctu demonū cecinerūt. Nemo aūt querat quēadmodum fieri possit. Nec em diuinoꝝ opeꝝ potest reddi ratio. Sed si a principio deus homine neſcio quo inenarrabili modo instituit. Credamus ab eo restitui posse qui nouū fecit. Sed infideles clamant ⁊ dicunt. Quomodo potest caro putrefacta cū dissoluatur. aut in puluerem reuertitur. maris etiam interdū profundo sorbetur. fluctibusq; dispergitur colligi rursum ⁊ reintegrari in vnū corpus. Et ex anima eadem hominis operari? Ad quos responsionem ex sermonibus Pauli faciamus dicentis. Insipiens tu quod seminas non viuificatur. nisi prius moriatur. ⁊ qđ seminas futuꝝ est. Seminas sed nudū granū tritici aut alicuius ceteroꝝ seminū. Deus aūt dat ei corpus. prout vult. Quod autem in seminibus que in terram iacis per annos singulos fieri vides. hoc in tua carne q̄ lege dei seminatur in terra futurum esse non credis. Cur queſo tam angustus ⁊ infirmalidus diuine potentie estimator es. vt dispersum vniuſcuiusq; carnis puluerem in suam rationem colligi et reperari posse nō credas. An non censeas cum videas q; etiam mortale ingenū demersas in profundum terre metallorum venas rimatur. Et artificis oculis aurū videtur. in quo imperitus terram putat. Et cū auri esse ꝓpriam venā. ⁊ argenti aliā. Eriscq; longe disparē. ferri atq; plūbi diuersam. Intra speciem terre latere mortale deprehēdat ingenū. diuina virtus inuenire posse ac discernere non putabitur vniuſcuiusq; carnis ꝓprium sensum etiam si videatur dispersus. Sed ad hec temptemus animas que intellectu deficiūt naturalibus ratōnib⁹ adiuuare. Si quis femina diuersa in manu sua permiſceat. et hec indiscrete seminat. vel passim spargat in terram. nonne vniuſcuiusq; seminis granum. quocūq; loci tactum fuerit competenti tēpore sm̄ nature sue speciem germē producet. vt statum sue forme suiq; corporis reparet. Ita ergo vniuſcuiusq; carnis substātia. cuius varie diuerseq; dispersa sit. ratio tamē ipa que inest vnicuiq; carni est immortalis. quia immortalis anime caro est. ex eo tempore quo seminantis in terram primo veri dei voluntati arriſit. collectū terre attractumq; substantie sensum reddit ac reparat in illam speciem. quā mors aliquando dissoluerat. Et ita fit vnicuiq; anime vt non ad confuſum ⁊ extraneum corpus. sed ad suum quod habuerat reparet. Cōsequenter potest pro agonibus presentis vite. cum anima sua caro vel pudica coronari. vel impudica puniri. Nō autē renascent. sed resurgēt. Et ideo corpibus induētur. Et prioris vite facturūq; oīm memores erūt. Et i bonis celestib⁹ collocati ac fruētes iocūditate inūerabiliū copiaꝝ. pīti deo gras agēt. q; malū oē deleuerit. q; eos in regnū vitāq; ꝑpetuā suſcitarit. Hec sunt q̄ a pphetis futura dicūtur. Quoꝝ testimonia ponere non opus est. Cum tantam rerum multitudinē mensura libri non caperet. Qui hec diligenti⁹ voluerit scire. Ex ipso fonte hauriat. ⁊ plura q̄ nos in hijs libris complexi sumus admirabiliā requirat. Postq; tandē fuit terre mortaliū confuſio. Et ipe omnipotēs. cum venerit in solio iudicare oīes animas ⁊ mūdum omnē. Eodem tempore fiet publica omniū resurrectio. Eritq; corpus quod resurget a mortuis incorruptibile ⁊ immortale. non solum iustorum. sed etiam peccatoꝝ. Iustorum quidem vt semp possint permanere cum xpo. peccatoꝝ vo vt absq; interitione sua debitas luant penas. Postremo iustus iudex pmanentitatem glorie iustis donabit. Impijs vo prolixitatem confuſionis ⁊ penas ministrabit. Quoꝝ corpora permanebūt in eternū. vt sufficere possint cruciatibus ⁊ igni sempiterno. Cuius natura diuersa ē ab hoc nostro. quo ad vite necessaria vtimur. Qui nisi alicuius materie fomite alatur extinguitur. At ille diuinus perseipsum semper viuit ⁊ viget sine vllis alimentis. ac sibi ipse eternum pabulum ministrabit. ac

Vltima etas mundi

sensum doloris afficiet. Quāta aūt felicitas existimanda est. iustis ac pijs subtractis hijs labibus terre. p ficisci ad illum equissimū iudicem parentemq; indulgentissimū. qui pro laboribus requiem. pro morte vi/ tam. pro tenebris claritatem. pro terrenis ac breuibus bonis. eterna ⁊ celestia largiatur. Vniuersos igitur oportet operā dare vt se vel q̄z primū ad rectam viam dirigāt. vel susceptis operatisq; virtutibus. hui⁹ vi/ te laboribus patienter exactis. consolatorem deum habere mereantur. Pater ēm noster ac dominus ꝯ con didit firmauitq; celum. qui solem cum ceteris syderibus illuxit. Qui libratam magnitudine sua terrā val- lauit montibus. mare circūdedit. amnibusq; distinxit. Et quicquid est in hoc opere mundi conflauit ac pfe cit e nihilo. perspectis erroribus hominū. ducem misit. qui nobis iusticie viam panderet. Hūc sequamur oēs. hunc audiamus. huic deuotissime pareamus. Congrediamur cum hoste quem nouimus. fortiter vt victores. ac deuicto aduersario. triūphātes premiū virtutis quod ipse promisit a deo consequamur. Et in altissimū celum relicto stellato per illam immensam portam instar iris ingrediamur. vbi vrbs illa beatorū ciuiū atq; dei. mater nostra hierusalem in medijs celi campis apparebit. Hec vrbs vt ꝟba Joannis i apo/ calipsi sonāt. in se dei ⁊ lumen eius simile lapidi precioso habet. Cuius murus magnus ⁊ altus. habens portas duodecim ⁊ nomina scripta. xij. tribuū filioꝝ israhel. quaternis lateribus prout sunt partes mūdi. Murus ciuitatis que quadrata est habet fundamenta. xij. Et in ipis nomina. xij. apostolorum. fundamē- ta muri ciuitatis oīi lapide precioso ornata. Inenarrabili igitur gaudio perfundimur. cum in patriam ve ram remigrabimus. Ex qua oriūdi immo in qua orti sumus. ex meliore multoq; prestantiori nostri parte. Quātope post longū eruinosum periculosum exiliū eas regiones atq; illa loca plena magnificentie. ⁊ ad- uentu nostro gratulantia videntes exultabimus. Deprecemur igitur. vt nobis ⁊ oīibus. qui hoc audiūt Concedat dominus. fide quā suscepimus custodita. cursu consummato. expectare iusticie repositā coronā Et inueniri inter eos. qui resurgūt in vitam eternam. Liberari ꝟo a confusione ⁊ supplicio eterno. p xp̄m dominū nostrū. per quem est deo patri omnipotenti. cum spūsctō gloria ⁊ imperiū in secula seculoꝝ Amen.

COmpleto in famosissima Nurembergensi vrbe Operi de hystorijs etatum mundi. ac descriptione vrbium. fe/ lix imponitur finis. Collectum breui tempore Auxilio docto ris bartmāni Schedel. qua fieri potuit diligentia. Anno xp̄i Millesimo quadringentesimo nonagesimotercio. die quarto mensis Junij.

Deo igitur optimo. sint laudes infinite.

De Barmacia regione Europe

De regno polonie et eius initio

Quoniam de Boleslao (qui tercius Barmacie rex extitit) paulo post mētio fiet. quare ⁊ de terra barmacie. et quo pacto illa regium sceptrum meruerit breuiter absoluere proposui. ¶ Est igitur Barmatia nimis ampla ⁊ vasta regio ⁊ inculta ⁊ in solitudie posita. ⁊ sub rigidissimo etbere iacet. Hec ex ortu mostbos et thanaim fluuiū habet. A meridie dacos ⁊ pannonas. Ab occidente bohemos. moravos schlesitas ⁊ theutones. A septentrione mare germanicum ⁊ sinū codanū. ¶ Id vero quod regni nomen tantū partis poloniam vocant. hec duo nomia sortis. Nam ea pars terre vbi Cracouia situata est minorem Poloniam vocant. At vbi Posnania ⁊ Gnesna surgit maiorem nuncupant. A Craco aūt primo duce vsq; ad etatē primi boleslai nō nisi duces illic imperitabant. Temporibus aūt primi ottonis cesaris boleslauus clarissimus dux fuerat Non is de quo in vita diui Stanislai dicemus. nā ille nepos eius fuit. qui ex monacho hui⁹ Boleslai filio natus fuerat. Iste igit Boleslaꝰ regē francie ⁊ germanas gentes victrici manu infestabat. Tandē ob Ottonis cesaris pces tali bello finē dedit ac fedus cū germanis ⁊ gallis ꝓtraxit. Otto aūt cesar videns tanti principis animi magnitudinē. quā toti germanie ⁊ barmacie notā fecerat se cū Boleslao duce in barmacias ꝓtulit

vt ⁊ imperium ⁊ potestatē eius planius perspiceret. Quē illustris dux summis honoribus in posnā suscepit
Nā tribus ante vrbem milibus passuū aut longius sericas lanas murriceasq; vestes auro argentoq; decora-
tas p viā qua cesar iturus fuerat prosterni iussit. Et post ingressionē cesaris in vrbē pomam cuicūq; licitum
fuerat illa deferre ⁊ deportare. Illic magnificis splendidissimisq; ludis ac theatris ceterisq; cerimoniis cesa
rem venerabatur vt nulla quā aurea illic forent suppellectilia. que post quoslibet cibos in puteos quoq; fun-
di nemo certus fuerat deici ac deperdi iubebat. Multas alias pompas ac munificencias cesari ottoni instau
rabat. que satis ample vetusta sarmatica historia enarrat. Iamq; videns cesar tanti principis liberalitatez ⁊
mentis sublimitatē. diuiciarūq; abundantiā nō abre animo duxit tantū clarissimū ducē corona regia dignuz
fore. eū itaq; regali sceptro ac dyademate exornauit. ac ceteris dignitatibus sedē regiā requirentib⁹ celebra-
uit. Hic aūt Boleslaus tā illustris rex tanti erga cesarem beneficij ingratus videretur brachiū diui adalberti
antistitis. quē pruteni nefanda morte trucidarunt ꝑ munere cesari obtulit. Iamq; aucto regni imperio vsq;
ad annos salutis nostre M.ccc. aut paulo antea rex polonie dū absq; prole discessisset. Tandē dux qui litua
nis ac russie presidebat in regē electus fuit. ⁊ ydola antea coluit. Sed eo tempore quo illi regiū sceptrum de
ferebat ⁊ xp̄ianam religionē cum omni terra cui preerat suscepit. Itaq; lituanos ac russitas ad regnū sarma
cie sic adiunxit. vt non nisi absq; certa additione dissolui possint. Is ergo illustrissim⁹ princeps prutenos ma
ritimas germanie gentes seuissimo bello subiugū duxit ac imperiū amplius extēdit. Vbi insignes vrbes ex
tant Baytuscum ⁊ thuronia. Est ⁊ clarissima arx Marieburgum. cui similis nemo mortalium vidisse fertur.
multis varijs structuris. menibus. turrib⁹ ac fossis munita vt nulli inimicoz tutus sit ad arcē accessus. Im
plius imperiū ante aliquot annos fuerat. infestante tamen tartarorum ⁊ turchoz pfidissima gente magnū to
ti sarmacie damnū illatū ē. Nam terra que post Russiam vadit quā gens podoliā vocat tota exusta ⁊ in soli-
tudine posita ē. vt ⁊ necessitatem peregrinantib⁹ ferre non possit q̄uis fertilissima sit itavt gramina in altitu
dine vnius celsi viri excrescant. ⁊ apibus ⁊ melle tota redolens vt nō satis illis locus sit vbi mella deferant.
sub arboribus nanq; aut virgultis ⁊ siluis fauos sic educunt. Hercinū aūt celebratissimū nemus quo in to
ta europa nihil prestantius sarmaciā totā percurrit ⁊ circa Cracouiā saltus suos extendit. ꝑ quos iturus po
test vnusquisq; vsq; in lituaniā ⁊ scithiā. tātis brachijs regionē illam totam diuagat ferax maximas educēs
greges. In ea vero silue parte qua septentrionalior est bissontes ferique feroz ac immanis bellua est huma
num genus maxime odiens. ad vescendum quidē maxime conueniens. Formā aūt gerit citrini coloris. Frō
te mediatā ⁊ cornua fert. vt nec venationi satis aptū sit nisi maximis varijsq; laboribus. Metallū vero nullum
q̄z plumbū sarmacia fert nō alia q̄z saturni causa. qui terrā rigido infestat frigore. Salis aūt maxima copia ē
qua cetere longinque gentes vtunt. quod maximū p̄stat toti regioni emolimētū. qua nulla regi ipi maioz in
toto regno gaza extat. Nā sub terra excidunt ingētia salis saxa. Extra terrā aūt aliud sal ex aqua decoquitur
Est et sarmacia ferax ⁊ vberrima tellus omni genere fructuū ⁊ quicquid ad pascendū humanū corpus expe-
tit. Nunc addendū est clarissimā prolē illustrissimi principis Vladislai. de quo antea dixim⁹. Is tres (vt qui-
dam ferunt) vxores habuit. ex quibus duos susceperat filios. quoz vnus natu maioz Vladislaus vocabat.
alter casimirus. Vladislaus aūt post mortem patris regio insignitus fuerat imperio. itaq; hungarie ⁊ bohe
mie ⁊ polonie regnis presidebat. vbi clarissima gesta militari manu faciebat. ac imperiū ⁊ xp̄ianaz religionē
ampliabat. Nam regi turchoz tantū terraz depopulatus fuerat vt ⁊ ante constantinopolim castra metaretur
vbi dū seuissima bella erga turchos gereret ac vtraq; pars crudelissimo conflictu decertaret pānones versis
tergis fugā dabant ac regē cū paucis sarmacie copijs in tanta hostiū multitudine reliquerunt. Casimir⁹ ve
ro dux lituanis ⁊ russie preerat. Inde dum casus regius genti notus fuerat Casimirus per sarmatas in re-
gē declarat q̄ filiā ducis austrie sororē ladislai q̄ regno bohemie ⁊ hūgarie p̄sidebat in vxorē duxit. Ex ea sex
suscepit filios ⁊ q̄nq; filias. Primogenitus vero Vladislaus vocat. Hic adhuc iuuenis existens in imperi
um regni bohemie electus fuit mira quadā animi magnitudine ac optimis consilijs pollens. Ob quod dux
Mathias rex hungarie discessisset ⁊ regnū pannonie adeptus est. Huic erat ꝑimus frater. cui Casimirus
nomen paternū datū fuerat. qui summo ingenio ac prudentia claruit. tandem morbo invalescente perijt. At
huic successit illustrissimus princeps Johānes albertus iā futurum toti orbi spectaculū. Is plurima illustria
gesta militari bello aput Tartaros ac ceteras gentes edidit. Post patris autem obitū regno successit. vbi fa
uente illi ꝓspera fortuna regnū virtute sua ⁊ optimoz doctissimoz̄q; viroz consilijs gubernat. Inclit⁹ ve-
ro dux Alexander quartus natus regius est. cui fortitudine ⁊ mentis sublimitate parem tota Sarmacia vix
tulit. Hunc ob eius constantiam Lituani post mortem patris in ducem susceperunt. qui ⁊ maximū toti Sar
macie decus esse existimatur. Post hunc sequit Sigismundus celebris princeps. qui paterna sequit vestigia. Is multis egregijs gestis clareret si illi aliq̄ felix fatū aspiraret. Celeberrim⁹ aūt Frideric⁹ princeps vlti
mū natoz̄ locū obtinuit. qui innata animi ingenua virtute relinquens vanos principum tumultus ⁊ inqui
etam vitā ad sedem tranquilliorem sese contulit. vnde episcopus Cracouiensis electus ad archiepiscopatus
Gnetznensem postea deuenit. Hij omnes quinq; clarissimi principes hanc vsq; in etatem magnifice ac cele
berrime vitam ducunt. Inter filias vero quinq; prima nupsit Georgio duci bauarie. Secūda Friderico mar
chioni brandeburgensi. Tercia duci pomeranie. At due relique innupte apud matrem vitam ducunt.

Et ꝓgnoduz Cardinalis ad Sanctos Petrum Rome sublimatus est

Sanctus Stanislaus episcopus

De sancto Stanislao episcopo Cracouiensi patrono Sarmacie

Diuus Stanislaus vir magne apud deū auctoritatis tocius sarmacie patronus ⁊ signifer. Natus anno salutis nostre M. viij. in rure quod Szczepanowo vocant: nobilibus ac claris parentibus. quoꝝ cura fuit im templis diuino seruicio incumbere. ⁊ deū pijs placare precibus. Is dū in iuuentutem deueniſſet patris monitu in celebre gymnasium parisius deuenit vbi optimaꝝ litterarum studijs summā operā dabat. vnde multis virtutibus floruit. sacro aūt diuinoqꝫ iuri precipue insistebat. non ea qua huius etatis iurisperiti questus causa solēt vt maiorum dignitatū bonorē adipiscerē. sed vt si quando locus statuisse aut cōditio sua ferre posset vt tantū miseris quantum potentibus. orphano pupilloue iustitiam administraret. ⁊ vnicuiqꝫ equo pondere quod suū esset iubente id lege redderet. Tandem paternas sedes rediens Cracouiam inclitā Sarmacie vrbem deuenit. Illic ob virtutem ⁊ scientiā suā canonicali dignitate fungitur. Mortuoqꝫ antistite celestis numinis prouidentia in presulis sedem declaratus fuit. Hūc dū semper optimo ordine statum referret curabat sacrā religionē ac diuinum cultum ampliare. Empto tandem rure a quodam milite. eoqꝫ mortuo amici illius villam eandē iure hereditario a diuo presule repetere conabant. At ille testimoniū huius stipulationis emptionisqꝫ proferre non potuit. nam hij qui huius rei satis edocti fuerant ꝓpter illoꝝ impotentiā latebant. Cur ergo sanctus orationib⁹ ac ieiunijs incubuit. confisusqꝫ summi dei potentia. qua se iam diu munitū cognouerat accedens ad tumulus defuncti militis a quo rus illud emerat. ⁊ euoluto lapide et arena pia ⁊ deuota oratione deū obtestabatur. et mortuū illū per quatuor annos in vitā reduxit. Eūqꝫ coram tyranno Boleslao apud quē tale ius agebatur constituit. Astantibus illic suis aduersarijs ceteriſqꝫ regni optimatibus. quo se emisse villam aperte demostrauit. Jamqꝫ tenus Boleslaꝰ fedo turpiqꝫ luxu insistebat. ac omnē in suas gentes pfidiam ⁊ tyrannidem exercebat. ac illustres viros egregioſqꝫ ciues nefandis dirisqꝫ supplicijs excruciabat. Stanislaus vero christi vates haud longius id ferendum existimabat. itaqꝫ regem intrepidus adiens vt talib⁹ ceptis deſineret illum obiurgabat. At ille magis indies facinus exercebat. Tandem a presule in sententiam excōmunicationis ponit. quare tyrannus boleslaus ignarus pre furore quid ageret diuisit satellites suos vt ꝑsulem quocunqꝫ esset loco trucidarent. Eo tempore diuus Stanislaus in sacellū diui Michaelis quod super rupellam in Casimiro vrbe conditū est deuenerat gratissimū illic deo offerens sacrificiū. hunc in locum dū ministri regij deuenissent. tamqꝫ ter ingredi templū conarentur. ter iterum pulsi diuina potentia in tergum cadebant. Id postqꝫ ad regias aures deuentum fuisset magno fremitu rex Boleslaus in sacellum ꝓperat. vbi sanctum presulem iam sacrificia offerentem immani verbere ac seuissimis ictibus trucidat. Tandem per ministros in frusta partitus extra vrbē deiecit vt volucres illud vncis rostris deuellerent. sed diuina sic agente prouidencia aquile illic aderant que preciosum corpus in vnum collegerunt summaqꝫ diligentia id seruabant quousqꝫ ciues ipi maximo venerandoqꝫ ritu in rupellam honorifice sepelirent. Tandē in numerū sanctoꝝ relatus vt premissum est in arcē regiā ad templū diui wentzeslai deductꝰ in aurea tumba multis miraculis coruscat. quem populus multo thure ac precibus indies veneratur

De Cracouia vrbe regia Sarmacie

Cracouiam vrbem regiam insigni huic operi inserendam haud absurdum esse duxi. Nam celebris germanie ciuitas ē teste Ptolomeo optimo lucidioriqꝫ cosmographo. q eā Corrodunū appellat. Strabo aūt germaniā diffinit ḡtū Rhenus ⁊ Albis in se clauserint. Nos ea causa sane non indigna vrbem sarmacie foro censemus. Hanc a prima eius origine repetendaꝫ satis dignā esse putaui. Sed ne prolixiori ambiguaue oratione narrando fabulari videar breuiter de eius situ quippiam narrare constitui. Cracouia igitur illustris vrbs sarmacie quā poloniam vocant ad rippam Istule nō longe ab eius fontibus sita. Hec a Cracco primo duce sarmacie condita fuisse ⁊ eam suo nomine celebrasse multi retulere. Hec altis primū montibus cingit. ꝓpugnaculis ⁊ celsis turribus. post paruo muro ⁊ ob vetustatem ruituro similis. Tandē valles ac fosse vt imminentibus hostibus facilior aditus probibeatur. Hec quedam piscinarijs aquis replete quedam virgultis frutice ac graminibus virent. Post aggerem vero qui valli imminet amnis non late fluens Rudys dictus totam ciuitatem circumluit. Hic rotarum orbes agitat qui Cererem saxis conterunt et emoliunt. Deductus tandem per subterraneos cuniculos ⁊ cannas toti vrbi satis vndarum prebet. Porte vrbis septem. In ea vero plurime pulcherrime ac egregie ciuium domus. Ac plurima ingentia templa Precipuū diue virginis Marie in medio vrbis extat cum duabus arduis celsisqꝫ turribus. Sūt ⁊ illic multa monasteria. vbi multus deuotorum religioſorumue patrū cetus fulget. Ad edem nanqꝫ gloriosissime trinitatis sic vocatam est celebris ordo predicatorū. In ea vero sacra ede multe sanctitatis vir beatus Jacinctus non dū in numerū sanctorum relatus magnis miraculis redolet. diui Dominici comes. Qui adhuc viuens tres mortuos in vitam reduxit. Ad templū vero sancti Francisci est ordo fratrum minoꝝ non reformatus. Ac cetera multa monasteria. Est et templū non longe a porta Istule quod ad sanctaꝫ Annam vocant. vbi beatus Cantus celebris huius vrbis gimnasij doctor multis miraculis ⁊ prodigijs fulget. Cuius nō dū in cathalagum sanctorū ascriptus sit. Hanc iuxta sacrā edem situatū est ingens celebre gymnasiū multis clarissimis doctissimisqꝫ viris pollens. vbi plurime ingenue artes recitantur. Studiū eloquētie poetices philosophie ac phisices. Astronomice tamen studiū maxime viret. Nec in tota germania (vt ex multorū relatione satis mihi cognitum est) illo clarior reperitur. Illic iam maxime phebus colitur. qui ⁊ eorū cruda elimat

Ubi ego Joannes [illegible] ad quatuor annos [illegible] anno [illegible] tandem gradum Bambergæ [illegible] Anno 1502 [illegible] in patriam ad oppidum Bibra [illegible]

ingenia ac polita reddit. Has edes diuus Vladislaus illustris sarmacie rex dū ex prutenoꝝ littorali sarmacie gente seuissimo conflictu victoriā duxisset (Cuius quidem belli plurima clarissima monumenta hancvsqꝫ in etatem in arce regia de qua paulopost dicemus supstant) magnis opulentijs extruxit. libertatibus ꝛ stipē dijs summis celebrauit. Hec incole vrbis sarmatico more viuunt. quos crudos ꝛ ignauos sarmatas prisci dixerunt. Sunt nanqꝫ illic clarissimi ciues. virtutibus prudentia ꝛ comitate insignes. humanitatē ꝛ hospitalitatem liberaliter ꝛ familiariter erga quosqꝫ peregrinos offerentes. Victus illis splendidior qꝫ ceteris sarmatis. Ex omni delicato genere cibi potus illis frequētior est. Aqua ordeo ꝛ humulo decocta. Is quātū necessitas ferre potest si sumit profecto nihil nature humane ad corpus ipm alendū conuenientius quicqꝫ reperri potest. Sub arce vero intra ciuitatem extat ꝛ aliud insigne collegiū. vbi achademia iuris ac legū pollet. Ad vrbis vero septentrionale latus adiacet parum oppidū nullis quidem menibus cinctū quod Clepardius vocant. nihil dignū scriptu in ea qꝫ egregia sacra sedes diui Floriani strennui christiane fidei militis Quā diuus Vladislaus de quo ante meminimus canonicatu ceterisqꝫ dignitatibus ac muneribus refecit, et doctorib⁹ gymnasiū artiū regentib⁹ colēdā reddidit. Rupes aūt ac crepidines nimia altitudine erecte. sic vt iam celū sustentare videant. Tandē arenis congestaqꝫ terra obducte ingentē collem efficiunt. qui ea parte q̄ in borcā tendit vrbi imminet. ꝛ ex alio latere niueum carpathū alpe tumentem respicit. quā collis partem insignis europe fluuius Istula quondā germanie terminus alluit. qui ex carpathi radice paruo quidē fonte prosiliens longius magis magisqꝫ tumet. ita vt iam vndaꝝ auctus mole que ex pannonicis montibus sese in eum precipitant. trabes ꝛ ingentia robora variasqꝫ lignoꝝ structuras defert. Tandem vbi imbriū ac ceteris fluminibus magis tumuerit rates ac bonerarias naues secū ad germanicū occeanū in sinū codanū deducit vbi trino vasto ore spumosus sese euoluens nomina deperdit. In eo aūt colle primū est ingēs templuz in

decus diui wenzeslai ducis bohemie conditū. vbi omniū illustrissimoꝝ virorꝝ monumenta ac sepulture extant. multis opibus variisqꝫ artibus extructe marmoreo allabastroqꝫ lapide exsculpta. quos maximo ritu ac pompa celebrari consuetū est. In medio aūt templi extat celebre monumentū in quo clarissimus christi miles diuus Florianus requiescit. Sunt ꝛ in eodem colle due sacre edes. diui michaelis ꝛ sancti Georgii post egregie nobiliū curie ac edes sacerdotū. qui noctu dieqꝫ templa venerant. Post primū ingens regia sedes maximis ac variis structuris condita. que totius regni capitoliū est vbi tota regni gaza congeritur. Hic principibus declaratur imperium. nam regalis corona hic maximis custodibus obseruat. Extra collē aūt ē monasterium fratrū minorum religiosius ordinem seruans. Nec longe ab eo monasterio extat cenobium sacrarum virginū. Huic ex opposito ad pontē ipm ē insigne hospitale ꝛ sacra edes sancte Hedwigis. Ad aliam vero istule ripam extat clara ciuitas quam Casimirum vocant a rege sic vocato condita. quā Istula vbi sub arce regia se diuiserit totam circumluit ac pene insulam reddit. Est in ea insigne phanū diue virginis katherine vbi ordo Augustinensium floret. Tum ꝛ templum quod ad sacrosanctū corpus christi vocant. vbi canonici regulares inhabitant. Ac cetere alie sacre edes. Extant ꝛ clarissima monumenta vetusti collegij tam insolita. quos illustris regina hedewigis construxerat. Plurima preclara preterea in his vrbibus a vetustissimis temporibꝰ gesta sunt per illustrissimos reges ac principes. Ex breuitatem imitatu finē his imposuisse dignum statuimus

Lubeca seu vt alij scribunt Lubecum saxonie vrbs illustris ac cesarea ciuitas nedū in germania verum et apud externas gentes nominatissima a Vikbodo vitigo cimbroꝝ duce ad cimbricam chersoneson quondam edificata in eo loco quem venedes qui ⁊ vandali adhuc saxonie partem tenentes Buccouiam dixere. Aucta p seuissimū principez qui kitto dicebaf. quē ⁊ trutonē appellabant Anno xpi M.c.nij. Ea portio terre littoralis ē inter magnopolensiū holstadensiūqꝫ ducatus duobus fluminibus baguiſoꝫ trauo irrigua. Que limpdia flumina vernacula lingua wagnis ⁊ trab appellantur. Is kitto ex nobili progenie marcmannoꝝ ⁊ martinopolensiū ortū habuit potens ac grauissimus xpianoꝝ psecutor. qui dños de vagerñ qui de Stargardia seu de oldenburg vocabanf in fernerñ ⁊ peldte interfecit. Ēin⁹ ex his ingenuus euadens in dantam secessit heinricus nomine Gotstalci comitis filius. Is p⁹ aliqua tempora rediens kittoni caput securi abscidit inde sua ducens vxorē. Quo tpe heinricus quartus imperio romano prefuit. In ea ,puincia omnes basilice sacerdotibus priuate deuastate erant fidesqꝫ xpiana sopita. Vrbs quoqꝫ lubicēsis trina vice ob principū bella papue ducis heinrici de leone deuastata fuit ⁊ comitis alfesis de holchstein. qui p⁹ sedata discordia vrbem duci heinrico permisit in eo loco vbi nunc sita ē. Cū eius situs prius ꝓpe swartau. postea ꝓpe herneborg fuit vt doctus helmuldus refert. Exin ob negotiationes ex germania alta ⁊ bassa ⁊ ex variis regionibus mirūmodū aucta ē vt nūc vltra mare baltheū seu germanicū qđ Stagnū vocant in norwegiam Sueciam Liuoniam. in Russia Lituania Pruſſia Poloniā ⁊ Pomeramā. in ducatū magnopolēsiū. in daniam Angliā Flandriā Scociā ⁊ regnū francie omnes mercaturas p stagnū p terrā in Saxoniā westualiam et marchiā frequentant. Peritissimi astronomi scribunt hanc nobile vrbē initū suū habuisse sub signo libre ⁊ fundatā in singulari dei gratia. Cū incole vbis p ceteris finitimis deuotiones ad modū diuinas exerceāt Hēbit tñ dulcē nucleū in amara testa. Deinde anno primo ⁊ tricesimo supra vndecies centenū domini inferonis vandalie lubecā deuastarūt qꝫ comes Alff de holchstein iterato instaurauit cū arce vbi nunc predicatores habitant. In septentrione ac fine ciuitatis Anno M.c.lx. lubicenses memores damni illati copias in puniā rigen educētes cladez p effusionē sanguis p̄cipi ⁊ potētatui ei⁹ intulerūt. Episcopatū lubicēsiū anno salutis M.c.lxi. antistes duodecimus de oldenburg seu Stargardia in vagerñ Geraldus auxilio ducis heinrici de leone primo obtinuit. qui tredecim p̄bendas p oia necessaria in decimis villis ac possessionibus dotauit. Creuit igit lubecū in potētissimā ciuitatē. oldenburg aūt defecit. Cū aūt fridericꝰ huius nois primꝰ hanc vrbē ingenti exercitu obsedisset heinricꝰ lubicēsis eps pacē a cesare impetrauit ea ꝓditione vt fauore ducis heinrici cesari obedientiā p̄starēt. Is antistes summā eccias dicauit. ⁊ monasteriū ad sanctū iohannē in vrbe extruxit vbi nunc sacrosancte virgines inhabitāt. qꝫus monachi ordis diui benedicti hūc locū primo posse

derũt. qui nũc apud ciſmer ꝓuicie de holſtein ꝓpe mare moꝛã facĩũt. ¶ His tẽpoꝛib⁹ lubecũ auguſtal' ac libera ciuitas effecta ab impatoꝛe friderico libertatib⁹ donata vt caput oĩm vrbiũ Stagnaliũ deinceps gni ducis moſchauie. in ampla vrbe nogardia. In ruſſia (vbi baſilicã ⁊ curiã ꝛpiano moꝛe habent). Ac i ſuecie immunitatibus gaudet. Idẽ ceſar fridericus priuilegia a duce heinrico ꝓhabita eis confirmans p bullã aureã vltro donauit vt ꝓſules viginti quatuoꝛ habere poſſent (q̃ꝝ numerus iſte p raro complet⁹ vrbs munda ac nitida exiſtit in vertice ab vtraq; parte decliui poſita vt aque ⁊ immundicies libere deſcenitatis ſita admodũ longa ⁊ decoꝛa exiſtit. Ornatur hec vrbs ꝓter iſtã quatuoꝛ prochianis baſilicis que tas. Turris in ede ſancti petri coꝛona deaurata cũ armis ceſaris ⁊ vrbis inſignita ẽ. Omni quoq; decore habet quoq; duo monaſteria vnũ ordinis ꝓdicatoꝛ. alterũ ſancti franciſci. ac hoſpitale ad ſanctũ ſpiritum. Ciuitas vero aquis ⁊ turribus muro ac foſſis admodũ munita ẽ. Platee duc longe ⁊ ample p vrbẽ poſite ſunt vbi edes recto ordine ſite ſunt extructe de lateribus ornatiſſime ac varie decoꝛate exiſtunt. Cebiturq; primo fluuius Baguſo a ſeptentrione in meridiẽ inde in occidentẽ. Ante ciuitatẽ flumen tranſ lubecũ accedunt vſq; ad murũ cũ maioꝛes naues (onera plauſtroꝝ. cc. l. ducẽtes) in littoꝛe maris ꝓſtant ⁊ ſcopus The odricus natus de hamburg cũ rome confirmationem accepiſſet Lubecam ingreſſus vigeſinuiſquintus lubicenſium eps diuina gratia nunc glorioſe ꝓſidet. Cetera ornamenta vrbis ob longitudinem ſcripturarum ⁊ varietatem ſilentio pretereunda foꝛe dignum duxi.

Nissa Slesie insignis vrbs. episcopalis sedes ad Nissam fluuium sita a quo denominationem accepit. varijs edificijs ornata ē. Slesia aūt a principio vaste silue hircinie (apud grecos ⁊ latinos scriptores celebrate) porcio. vt tota plana ita ⁊ nemorosa fuit. sed temporis processu sparsim villis habitari cepta. Vbi aūt fidē xpianam incole amplexi sunt constitutis oppidis ad mitiorem ē cultum redacta. Quā odera fluuius celebratissimus per medium totam perlabit. ⁊ Olsa Nissa Ola Lissa Barusio Cattozinuo Bobro ⁊ alijs fluuijnibus auctus. marchiā brandeburgensem permeans in mare germanicū apud Stetinū vndosus exoneraſ. Latitudo eius triū quidē. sed longitudo nouem dierū itinere a limitibus hungarie vsq; in marchiam brandeburgensem extendit. Primus eius episcopatus sedes Vinogroue wartenbergen. districtus fuit. Et inde Ritzinum territorij bregen. epalis kathedra ē delecta. kazimirus aūt illius nominis primus rex polonie vbi regia stirps masculina defecit a monasterio gallie cluniacen. vbi monachus fuit papa dispensante ad regnum polonie assumptus denarium sancti petri viritim siue per capita in regno suo idcirco exigendum et romam mittendum instituit. Et sedem epalem Vratislauiam transferri curauit. que nunc ē (vti ꝓmisimus) omniū Slesie ciuitatum non minus ampla ⁊ opulenta q̄z populosa ⁊ edibus ⁊ templis ornatissima. Eius antistes nunc ē doctor Johannes rott de wending eisten. diocesis olim imperialis prothonotarius ⁊ in eius statu breui multa industria reduxisse fertur vt centum annis preteritis non fuerit mensa episcopalis fructuosior ⁊ structuris ornatior. Prouincia ipa frumenti ferax ⁊ piscosa. carnibus ferinis ⁊ volucribus habundās. ¶ Preter Vratislauiaz insignia loca sunt. Hec vrbs Nissa episcopalis sedes. Glogouia maior Legnitz Oppel Swedenitz Lestben Olsna Franckenstein Monsterberg Saganum Brega ¶ Monasteria complura insignis structure ¶ Prouincia ipa regi bohemie subiecta quā ab impio i feudū recognoscit. multi antea duces et ꝓncipes hereditarij ipaz nō tā possiderī q̄z vastarūt ⁊ impacatā reddiderūt q̄ ꝓpter cēsuū exiguitatē ducalem statum ducere nequiuerūt. rapacitati iccirco dediti. Nunc vero ē ad paucos redacta alijs stirpibus more sublatis. Qui non parum opibus ⁊ nūmis oppidis florent. Cultus diuinus per Slesiā longe plurim⁹.

Tēplaqꝫ totius orbis sacerdotalibus ⁊ alijs ornamentis ⁊ structuris honorificentissima. Status ecclesiasticus ⁊ secularīū ⁊ religiosoꝝ vtriusqꝫ sexus numerosus ⁊ disciplinat⁹. populus facundus ⁊ humanus. ⁊ deuotioni sup omnes germanie incolas deditissimus. Nobilitas ē plurima ad arma aspirās ⁊ martis amatrix. Sexus muliebris venustus quidē ⁊ affabilis sed pudicus. Plebs rustica polonici ydeomatis agrestibus laboribus desidiose incumbens potationi ē plus dedita. Inde ⁊ domus ⁊ agri eorū parū culti sed neglecti. viles casas habitant. Agricole vero alemani rus melius exercent ⁊ vrbanius domos pro suo captu construunt. Sumptus multo leuiori precio q̄ finitimis prouincijs cōparantur. Sed quod Slesie immensum aliquando detrimentū afferet ē q⁹ censuus dñi ⁊ possessores percepta pro loci ⁊ possessoris qualitate. nonnulla pecuniaꝝ summa annuente superioritate ⁊ confirmante venditori annuū censum in bonis suis inscribunt. quē vbi aliquot annis soluerint postea dare recusant. Inde rustici (vt inter contrahentes pactum fuit) aut censuris irretiunt ecclesiasticis aut pignora adimuntur. quod grauamen ipsi rustici ferre nequeūtes domos ⁊ agros deserentes aliorsum fugiunt. que loca sepe deserta relinquuntur. Ex hoc potissimū capite Slesia maius indies nisi prouideat suscipit detrimentū. Prouincia alioquin laude prosequenda. Sē ti potus cerusia. Vino ex morauia aut hungaria aduecto vtuntur. q̄q̄ nonnihil vini in Slesia apud crosnam habetur quod pro maiori parte extra prouinciā per oderā in prussiam ⁊ aliorsum deportatur. Preter pannos laneos exigui precii qui in hungariā deferunt ⁊ pisces in morauiā delatos nihil extra Slesiā suis ex mercabus deportatur. Nimi⁹ etiā ⁊ virginū ⁊ mulierū ornatus auri ⁊ gemmarū ⁊ vestiū cultus prouinciā non parū extenuant. ¶ Ne hec vrbes inclite ac prouincie (quarū noticia tardius ad nos deuenit) laude sua priuentur eas in hoc opere in fine addicere libuit. Profecto libere vrbes precipue lubicensis. si diuitias. ordinē senatus. humanitatē moresq⁹ populi. maris portū. situ ⁊ edificia perspicere velimus ¶ Digne igit̄ historia ac cōmemoratione. Postremo si vrbes plures q̄s adiūgere velit dat̄ eis equa potestas.

Ad deum optimū maximū de his que mirabilia gessit pro iustissi
mo ⁊ excelso Maximiliano rege romanorum

Actor ⁊ princeps operose mundi
Quiqꝫ receptis opifer fuisti
Gentibus iudex. redditurus idem
Omnibus equus
Quam potens rerum fueras creator
Quam dator largus redimis salutē
Quam reddis iustus trutinator orbis
Quam sapiensqꝫ
Cū velis iustus homines tueri
Mirus es cause melioris actor
Mirus iuste domitor querele
Hostis iniquis
Suetus humanis animis preesse
Iniugas seuos. placidos acerbas
Sontibus fontes agitas ⁊ hostes
Hostibus vrges
Noxiis addens ouium panorē
Fortium iustis animos leonū
Militū multas acies remudis
Agmine paruo
Tu iubes ventis sileant. silentqꝫ
Precipis ponto tumeat. tumetqꝫ
Imperas lune lateat. latetqꝫ
Sanguine tincta.
Vere canentes hyemes virenti
Turbidas celo pluuias sereno
Sepe permutas. facies ⁊ vsus
Mensis ⁊ anni.
Tanta cū regi dederis romano
Audias voces. iuuenū senūqꝫ
Audias grates hominū. precesqꝫ
Iusta petentum.
Inde non cesses melior patronus
Cū suis regē populis tueri
Principē serua. sobolē domūqꝫ
Adde triumphos.

O deus serues decus hoc precamur
Cesari natū simul ⁊ nepotē
Indolis mire. videat regentes
Tempore longo.
Hisqꝫ sic patrē foueas auumqꝫ
Cuius exemplo pagant iuuentā
Et suis gestis fuerit senecta
Gratior illi.
Sic regant orbē dominando recte
Quo fidem nobis pius vt dedisti
Protegant semper acieſqꝫ vincunt
Illius hostes.
Et feros turchos rabidasqꝫ gentes
Pellere. ⁊ castris spoliaro victos
Vt queant regna ⁊ reparare quondā
Christicolarum.
Prosperos gressus animiqꝫ motus
Austrie stirpis. faueasqꝫ felix
Cepta quo a priscis patribus per omne
Proroget eum.
Hec mari ac terra vigeat parando
Gloriam semper. ferat ⁊ subortus
Solis ⁊ casus crucis alma signa
Nomine christi.
Inde celestum meritis triumphum
Consequi tandē mereantur omnes
Cū bone legi dederint subactū
Roboze mundū.
Hec rogat noster chorus vt perennem
Gloriā eternus pater atqꝫ natus
Spiritussanctus deus ⁊ sequatur
Trinus ⁊ vnus.

Laus deo

Veteres rez scriptores parcissime de Germania locuti sunt. ac si ea natio extra orbem ta/ ceret z somniantes qdammodo res germanicas attigerūt. nanqz si legamus vetusta tē pora inuenient⁹ germanos olim ritu vixisse barbaro. vestibus vsus laceris. venationi tm̄ z agroz culture dedisse operaz. feroces quidē boies z belli appetentes. sed argenti prorsus inopes. quibus quippe nec vini vsus erat. Jpāqz germania intra mare z da- nubiū. rursusqz intra rhenū z albim ptinebat. nūc vo cqm̄ transgressi sunt suos limites nō ignorat. nā plus fere est qd nacti sunt in gallia. rhecia. norico. vindelico atqz in ipsa scithia seu sarmatia cqz qd intus habuerunt. Quid memorem⁹ nobilissimas vrbes splē didissimasqz. ditissima templa. opulentissimos principes ac plātos. certe nō videmus ꝓuincīā esse que ꝓpu tans omnibus germaniā supet. cp si resurgeret aliquis illoz theutonū qui tpe iulij cesaris vixit germaniā p/ agraret vt arioiuit⁹ pfecto diceret nō esse eā terrā quā olim viderat negaretqz suā esse patriā. cū vineaz z ar boz fructiferaz cōsitoes vstitus boim. vrbanitatē ciuiū. splendorez vrbiū. tantāqz nitidā polotiā apud ger manos cōtueret. Verū hāc mutationē quis fecit nisi religio xpi. Cultus quippe xpiane religionis a germa nis omnē barbariē expulit atqz ita expoliuit vt iā greci ipi barbari. Germanizāt recte latini appellari mere ant. Siue igit noua cōsideranti seu vetera mente repetenti nulla peritioz. nulla ardēcioz (inter omnes natio nes quas bello ydoneas iudicant) germanica videtur. Germanis em̄ equi arma z pecūie sunt. z vbi tot cla rissimi principes. tot generosi ꝓceres. tot fortissimi equites. tot potētes ciuitates. tot diuitie. tot aur. tot ar/ genti tot ferri munere. vbi tanta populi multitudo. tanta iuuentus. tantū animi. tantū robor. Cū deinde ger manie fines vt veteres tradunt ab oriente vistella fluuius z vngare limes fuere. ab occidente rhenus. a me- ridie danubi⁹. a septentrione occeanus z mare baltheū quod prutenicū vocare possumus. nunc cqm̄ extra hos terminos possideant ipi videmus. Germani em̄ angliā pulsis brittānis occuparūt. belgaz beluitōrūqz fines electis gallis obtinuerūt. rhetiā z noricū inuaserunt z vsqz in ytaliā pedē extenderūt. Germani qz hul migeros qui nūc pruteni vocant⁹ ex manib⁹ infideliū detraxerūt. Boli ex alteris in germanico solo boheni sedent potentissimi z nobilissimi populi. sed z illi germanico imperio parere se aiūt. regēqz habent principali- orē ex regni electoribus. Magni igit bellicosi ac fortissimi teoqz accepti germani sunt. quib⁹ adeo fines ex tendisse licuit. z sup oēs mortales romane potentie datū fuit obsistere. Nā terraz ille calcator olim z orb domitor iulius cesar cqm̄ subactis gallis sepe rhenū trāsuerit resqz maximas in germania gesserit. bellico/ sam tm̄ z asperā sueuoz gentē dimisit indomitā. Augustus octauian⁹ cui z parthoz̄ z indoz̄ reges mune/ ra miserunt. q vn⁹ olim romanoz̄ fortunatissim⁹ credit⁹ est. Ille inquā felicissim⁹ imperator nullubi vnqz nisi apud germanos succubuit. nā lolliānā z varrianā cladē in germania ppessus est. Lolliānā matoris infamie cqz detrimenti. varrianā pene exciale tribus legionibus cū duce legatis z auxiliis oib⁹ cesis longū esset re- censere quos intulerūt rei publice molestias germani. qui z si romanoz̄ fortūe aliqn̄ cesserunt. postea tm̄ z ipsi de romanis. de gallis. de hispanis. de hungaris. teqz aliis diuersis gentibus sepenumero triūpharunt. Nec romani cū rerū potirent⁹ res magnas sine germanis auxiliantib⁹ pegerūt. quoz̄ tanta in bello virtus tanta in domo fides: fuit vt cesarei corpis custos coboris ex germanis potissime legeret. Scimus qz Gotfri dum qui fuit lotharingie dux cum solis transrhenanis theutonibus z aliquibus gallicis. paucis italis hun- gariā pcussisse. greciā penetrasse. bellospontū trāsisse. asiā pmeasse. iberosolimā ex potestate infideliū vendi casse. victis ac pstratis omnibus que occurrerēt in medio gentibus. cqz turca z sarraceni numerosi resi- stere conarent⁹. in eius exercitu ducenta milia pugnatoz̄ fuisse tradit⁹. atqz multo matores copias sola Ger mania cogere potest. Nā z impante conrado cū Eugeni⁹ tercius romanus pōtifex xpianos excitaret p tu- tela terre sancte quā sarraceni euertere conabant⁹. Pruteni cū ceteris vlterioribus ydola colebāt ac crebris excursionibus nūc saxoniā aut alios vicinos xpi cultoz̄ infestabāt. Conradus aut dimissis saxonib⁹ aut ceteris vicinis qui domi cū prutenis ac reliquis barbaris decertarent ipe cū rhenensibus. sueuis. franconi/ bus. bauaris iberosolimā penetrauit. Postremo cqz longa z lata sit germanica natio. cqz religiosa. cqz vera. cqz iusta cqz promissi tenax cqz populosa cqz diues. cqz ta illic nobilitas. cqz fortis z experta militia. cqz tus ecclesiaz ornatus. qnta gloria cleri. qnta principū magnificentia. qntus splendor vrbiū. que celi facies. q terre vber- tas. cū prouinciarū dec⁹ cū principe sit cōmune magis admirari cqz recensere valemus. ¶ Cū igit hoc op⁹ historiaz ex officina nurnberge prodeat que vrbs inclita in medio ferme germanie sita est ꝓpauca de germa nia in calce libri absoluemus p̄mittendo historiā Enee pij scdi romani pontificis rerum vbiqz gestaz in euro pa sub friderico tercio romanoz̄ imperatore. Is em̄ etsi natione senensis sit se tm̄ germanū fatet⁹ cū de se scribat Sed cū nos iā annis supra. xxuij. germaniā incoluerimus nō reputam⁹ extrane⁹ existimare debere. Cumqz imperatori ipiqz nationi longo tpe summa fide magnis laboribus seruierim⁹ z nūc ad cardinalatū recepti ea curemus que nationis ipius bonoz̄ atqz vtilitati cōducant. z ita prorsus agam⁹ vt natione poti⁹ germani cqz itali putemur. verū cū antiquiora illa tpa sub obscurā ambiguitatē pbeant scribēt⁹ z tempoz̄ descriptio haud facilis cognitu. qnqz detrahit legentib⁹ fidē. Multa qz de his inter veteres discordia. quā inde nosci arbitramur. quia nec montū nec fluminū nec gentū noia pseuerant. z prumciaz regnoz̄qz termini multam varietatē accipiunt a Strabone qui sub tiberio cesare vixit vsqz ad ptolomeū alexandrinū qui p tpa antoni pij situm orbis descripsit. haud equidē magnū tps est z tm̄ tanta noim variatio interceſſit vt paucissimos po pulos ex his noiari videam⁹ apud vnū quos noiauerit alter. Ideo Ephor⁹ quippe cymeus Socratis disci pul⁹ a suo tpe narrandi exordiū cepit. Calistenes ac Theopomp⁹ quos eadē tulit etas prisca illa minime at- tigerunt qui tm̄ omnes historici munere laude sempiterna celebrati sunt. qua mot⁹ re eloquentissim⁹ Eneas omissis prioz gestis in quib⁹ scriptoz̄ nōnūqz dissentiūt ad recentiores historias se cōtulit. Que igitur in germania sub suo euo gesta sunt memoratu digna z in ceteris regionib⁹ europe in isto opere vario z egregio dium in cardinalat⁹ ocio vixerit accurate descripsit. historiā igitur eius deinceps in primis perlustrabimus.

Dum pius Eneas fama super ethera notus

Eneas pius papa Fridericꝰ tercius romanorꝝ iperator

Parcere prostratis scit nobilis ira Leonis
Tu quoqꝫ fac simile quisquis regnabis in orbe

Reuerendiſſimi patris domini Enee de picolominibus cardinalis S. Sabine de his que ſub ceſare Fridrico tercio impatore p Germaniam t Europam geſta ſunt cū locoꝝ deſcriptione ad d. Anthonīū cardinalē bilerdenſem incipiunt feliciter.

ANtonio ſacro ſancte romane eccleſie preſbitero cardinali bilerdenſi appellato patri ſuo colendiſſimo Eneas eiuſdem ordinis. non eiuſdem meriti cardinalis ſenenſis ſalutem plurimam dicit. Podragantem me nuper t arthetici doloribus (vt ſoleo) laborantem Librarius quidam theutonicus adiit libellū afferens in quo romanoꝝ ceſarū non tam geſta q̄ nomina t pauca de moribus continebātur vſq; ad wenceſlaū Caroli quarti filiū. Cūq; illi opuſculo q̄tor impatores deeſſe viderent. Hā Beneuentuſtus bimolenſis eius operis auctor ſub wenceſlao deceſſerat. Rogauit me librarius vt adiicerem libello quod deerat. nolui turbare hominē. compleui ad etatem noſtram impatorum numerū breuitatem illius qui preceſſerat imitatus. At cum ſubiret mentem multa t magna inter chriſtianos geſta eſſe ab eo tempore quo Fridericus imperium accepit vſq; in hanc diem opuſculum ſeorſum edere ſtatui in quo ſingularia quedam eius temporis ſub compendio ad poſteritatis memoriam tranſmitterem digna memoratu. Edidi igitur breuem hiſtoriam tuoq; nomini dedicaui. qui cum pari morbo mecū labores facile inter podragandū ſcripta mea t leges t iudicabis. Fuiſſet fateor operepreciū ab initio potius etatis noſtre in hoc euum vſq; rez geſtarum hiſtoriam texere quemadmodum menti mee ſepe inſedit. ſed ea non erat vnius podagrationis t p̄ſertim ieiunio quadrageſimali occurrentis lucubratio. Amat edes noſtras ipa podagra nec tam recedit q̄ reuerti ꝯ libens fortaſſe t huic intētioni aliquādo ſubſeruiet. Tu vale t ſi quid acerbius in quemq; ſcriptum offenderis non tam mee nature q̄ ſtimulis podagrevrgētis adſcribere. t quicdq; inſcite inepte abſurde occurrerit ſumpto calamo dele. Exvrbe Roma quarto klendas aprilis Anno dñi M.cccc.lvij.

Finis prohemij

Sequitur hiſtoria

Que ſub Fridrico tercio vi⁹ nomis imperatore apud Europeos et

qui nomine chriſtiano cenſentur inſulares homines geſta ferunt memoratu digna mihiq; cognita tradere poſteris q̄breuiſſime libet. Cōmiſcebimus aliqua interdum alti⁹ repetita. quemadmodū locoꝝ rerūq; ratio expoſtulare videbitur.

De hungaria et geſtis in ea olim pannonia appellata

